5

1

VI - 4


DYALOGVS SANCTI
GREGORII PAPAE.

¶ Incipit Tabula dyalogorum sancti Gregorij pape.

¶ Incipiunt capitula primi libri.

¶ Incipiunt capitula Secundi libri.

Incipiunt capitula Tertij libri.

¶ Incipiunt capitula libri Quarti.

Explicit tabula.

¶ Eximij doctoris sancti Gregorij pape: de viris sanctis et miraculis que fuerunt facta temporibus suis dyalogorum. Liber primus incipit.

Quadã die nimijsquorũdã secularium tumultibus depressus: quibus in suis negocijs plerũqꝫ cogimur soluere etiam qđ nos certum est nõ debere: secretũ locuꝫ petij amicũ meroris: vbi omne quod de mea mihi occupatiõe displicebat se patẽter ostẽderet: et cũcta que ĩfligere dolorẽ consueuerãt: cõgesta ante oculos licẽter venirẽt. Jbi itaqꝫ cuꝫ afflictus valde et diu tacitus sederẽt: dilectissimus fili⁹ meus petrus diaconus affuit mihi: a p̄meuo iuuentutis flore amicicijs familiariter obstrict⁹: atqꝫ ad sacri verbi indagationẽ soci⁹. Qui graui ex coqui cordis lãguore me intuens ait: Nunqdnã noui aliqd accidit: q̄ plus te solito meror tenet. Cui inquã. Meror petre quẽ quotidie patior: et semp mihi per vsum vetus est: et per augmẽtũ nouus. Jnfelix qppe animus meus: occupatiõis sue pulsatus vulnere: meminit qualis aliquãdo in monasterio fuit: quomodo ei labẽtia subtererãt: quãtũ rebus omnibus que voluũtur eminebat. Qꝫ nulla nisi celestia cogitare ɔsueuerat: q̄ etiã retẽtus corpore: ipsa iam carnis claustra cõtẽplatiõe transibat. Qđ mortẽ quoqꝫ: que pene cũctis pena est: videlicet vt ingressum vite et laboris sui premiũ amabat. At nũc ex occasione cure pastoralis seculariũ hoĩum negocia patitur: et post tam pulchram quietis sue speciẽ: terreni act⁹ puluere fedatur. Cũqꝫ se pro cõdescensiõe multorꝫ ad exteriora sperserit: etiam cum interiora appetit: ad hec proculdubio minor redit. Perpẽdo itaqꝫ qđ tolero: perpendo quid amisi. Dũqꝫ intueor illud quod perdidi: fit hoc graui⁹ quod porto. Ecce eni nũc magni maris fluctibus quatior: atqꝫ in naui mẽtis tẽpestatis valide p̄cellis illidor. Et cũ prioris vite recolo: quasi post tergũ ductis oculis viso littore suspiro. Qđqꝫ adhuc est grauius: dũ ĩmẽsis fluctibus turbatus feror: vix iã portum valeo videre quẽ reliqui: qꝛ et ita sunt casus mentis: vt prius quidẽ perdat bonũ quod tenet: si tamen se perdidisse meminerit. Cũqꝫ longius recesserit: etiã ipsius boni qđ perdiderat obliuiscitur: fitqꝫ vt post neqꝫ per memoriã videat: quod prius per actionẽ tenebat. Unde hoc agit̄ quod premisi: qꝛ cũ nauigam⁹ longius: iã nec portũ quietis quẽ reliquimus videm⁹. Nõnunqꝫ vero ad augmẽtum mei doloris adiungit̄: quod quorũdam vita q̄ presens seculũ tota mente reliquerũt. mihi ad memoriã reuocat̄: quorꝫ dum culmẽ aspicio. quãtum ipse in infimis iaceã agnosco: quorꝫ plurimi cõditori suo in secretiori vita placuerũt: qui ne p̄ humanos actus a nouitate mẽtis veterescerẽt: eos oĩpotẽs deus huius mundi laborib⁹ noluit occupare. Sed iam que p̄lata sunt meli⁹ insinuo: si ea que per inquisitionẽ ac responsionẽ dicta sunt: sola nominũ prenotatione distinguo. Petrus.

Non valde in Jtalia aliquorꝫ vitam virtutib⁹ fulsisse cognoui. Ex quorꝫ igit̄ cõparatione accẽderis ignoro. Et quidem bonos viros in hac terra fuisse non dubito. Signa tamẽ atqꝫ virtutes: aut ab eis nequaqꝫ factas estimo: aut ita sunt hactenus silentio suppressa: vt vtrũ ne sint facta nesciamus. Gregorius.

Si sola petre referam que de perfectis p̄batisqꝫ viris vnus ego homuncio vel bonis ac si

fidelibus viris attestātibus agnoui: vel per memetipsū didici: dies vt opinor antea q̄ sermo cessabit. Petrus.

VEllem quereēti mihi de his aliqua narrares. Neq; hac ꝑ re interrumpere expositiōis studium graue videatur: quia nō dispar edificatio oritur ex memoria virtutum. In expositiōe quippe qualiter inueniēda atq; tenenda sit virtus agnoscitur. In narratione signorū vero cognoscimus inuenta ac retēta qualiter declarantur. Et sunt nōnulli quos ad amorem patrie celestis plus exempla q̄ predicamenta succēdunt. Fit vero plerūq; in audientis animo duplex adiutoriū in exemplis patrū: quia ad amorē venture vite ex precedētium cōparatione accenditur. Etiā si se esse aliquid estimat: dum de alijs meliora cognouerit humiliatur. Gregorius.

EA que mihi sunt virorū venerabilium narratiōe comperta: incūctanter narro sacre auctoritatis exemplo: cū mihi luce clarius cōstet: q2 marcus ꝛ lucas euāgelium quod descripserūt: non visu sed auditu didicerunt. Sed vt dubitationis occasionē legētibus subtrahā: per singula que scribo: quibus mihi hec auctorib᷒ sint comperta manifesto. Hoc vero scire te cupio: quia in quibusdam sensū solūmodo: in quibusdam vero ꝛ verba cum sensu teneo. Quia si de personis omnibus ipsa specialiter verba tenere voluissem: hec rusticano vsu prolata stilus scribentis nō apte susciperet. Seniorum valde venerabilium didici narratione quod narro.

¶ Incipit de miraculis patrum Italicorum. Capitu. i.

VEnantij quōdam patricij in samnijs partibus villa fuit: in qua colonus eius filiū honoratum nomine habuit: qui ab annis puerilibus ad amorem celestis patrie per abstinētiam exarsit. Cūq; tam magna conuersatione polleret: seseq; iam ab ocioso quoq; sermone stringeret: multūq; vt prefatus sum per abstinentiam carnem domaret: die quadā parentes illius vicinis suis cōuiuium fecerunt: in quo ad vescēdum carnes parate sunt. Quas dum ille ad esum contingere per abstinētie amorem recusaret: ceperunt ei parētes eius irridere: ac dicere comede. Nūquid piscem tibi in his montibus allaturi sumus. Illo vero in loco audiri piscis cōsueuerat: non videri. Sed cum his sermonibus honoratus irrideretur: repēte in cōuiuio aqua ad ministerium defuit. Cum situla lignea sicut illic moris est mācipium ad fontem perrexit. Dūq; hauriret aquā: piscis situlam intrauit. Reuersumq; mācipium ante ora discumbentiū piscem cum aqua fudit: qui ad totius diei victum potuisset honorato sufficere. Mirati omnes totaq; illa parētum irrisio cessauit. Ceperenāq; in honorato venerari abstinentiam: quā antea deridebāt. Sicq; a dei homine irrisiōis detersit opprobria piscis de monte. Qui cū magnis virtutibus cresceret: a predicto domino suo libertate donatus est. Atq; in eo loco qui fundis dicitur monasteriū construxit. In quo ducētorum ferme monachorum pater extitit. Ibiq; vita illius circūquaq; exempla eximie cōuersationis dedit. Nam quadā die ex eo mōte qui eius monasterio in excelsum preminet: ingentis saxi moles erupta est. Que per deuexum montis latus veniens: totius ruinam celle omniūq; fratrum interitum minabatur. Quam cū venientem desuper vir sanctus vidisset: frequenti voce christi no

men inuocās extensa mox dextera signum ei crucis opposuit. Eāqꝫ in ipso deuexi montis latere cadentem fixit. Sicut religiosus vir laurentius perhibet. Et quia locus nō fuerat quo inherere potuisset: aspicitur ita vt nūc vsqꝫ montem cernētibus casura pendere videatur. Petrus.

P Utamus hic tam egregius vir vt post magister discipulorū fieret: prius habuit magistrū. Gregorius.

N Equaqꝫ hunc fuisse cuiusqꝫ discipulum audiui: sed lege non stringitur sancti spiritus donum. Usus quidem recte cōuersationis est: ut preesse non audeat qui subesse non didicerit. Nec obedientiam subiectis imperet: quā prelatus nō nouit exhibere. Sed tamen sunt nōnulli qui ita per magisterium sancti spiritus intrinsecus docentur: vt ꝛ si eis exterius humani magisterij disciplina desyt magistri intimi censura nō desit. Quorum tamē libertas vite ab infirmis in exemplum non est trahēda: ne dum se quisqꝫ similiter sancto spiritu impletū presumit discipulū hominis esse despiciat: ꝛ magister erroris fiat. Mens autem que diuino spiritu implet̄ habet euidentissime signa sua: virtutē scilꝫ ꝛ humilitatē. Que si vtraqꝫ in vna mēte pfecte cōueniunt: liquet q̄ de presentia sancti spūs testimonium ferūt. Sic gppe etiam Johānes baptista magistruꝫ habuisse nō legitur. neqꝫ ipsa veritas que presentia corporali apostolos docuit eum corporaliter inter discipulos aggregauit. Sed quē intrinsecus docebat: extrinsecus quasi in sua libertate reliquerat. Sic moyses in heremo doctus ab angelo mādatuꝫ didicit: qđ per hominē non cognouit. Sed hec vt supra diximꝰ infirmis venerāda sunt: non imitanda. Petrus.

P Lacet quod dicis. Sed peto vt mihi dicas si tantus hic pater aliquem imitatorem sui discipuluꝫ reliquit. Gregorius.

R Euerendissimus vir libertinus: qui regis totile tempore eiusdeꝫ fundensis monasterij prepositus fuit: in discipulatu illius cōuersatus atque eruditus est. De quo quāuis virtutes multas plurimoꝝ narratio certa vulgauerit: predictus tamē laurētius religiosus vir qui nunc superest: ꝛ ei ipso tempore familiarissimus fuit: multa mihi de illo dicere consueuit. Ex quibus ea que recolo pauca narrabo. In eadem prouincia samnij quam supra memoraui: idem vir pro vtilitate monasterij carpebat iter. Dūqꝫ Dāda gothorum comes cum exercitu in loco eodem venisset: dei seruus ex caballo in quo sedebat ab hominibꝰ eius pіectus est. Qui iumēti perditi dannū libenter ferens: etiam flagellū quod tenebat diripientibus obtulit dicēs. Tolite vt habeatis qualiter hoc iumentum minare possitis. Quibus dictis ptinus se in orationem dedit. Cursu autem rapido predicti ducis exercitus peruenit ad fluuiū nomine vulturnū. Ibi equos suos ceperunt singuli hastis tundere: calcaribus cruentare. sed tamen equi verberibus cesi: calcaribus cruentati: fatigari poterant: moueri non poterant. Sicqꝫ aquam fluminis tangere quasi mortale precipitiū pertimescebant. Cūqꝫ diu cedendo sessores singuli fatigarētur: vnus eoruꝫ intulit: quia ex culpa quam seruo dei in via fecerant: illa sui itineris dispendia tolerabant. Qui statim reuersi: post se libertinum reperiunt in oratiōe prostratum. Cui cum dicerent surge tolle caballum tuum: ille respōdit. Ite cū bono: ego opus caballo non habeo.

Descendētes vero inuitū euz in cabal
lum de quo deposuerāt leuauerunt ⁊
protinus abscesserunt. Quorum equi
tanto cursu illuz quē prius transire nō
poterant fluuiū transierūt: acsi ille flu
uius alueus aquā minime hr̄et. Sicq3
factū est vt dum seruo dei vnus suus
caballus redditur: oēs a singulis reci-
perētur. Eodem quoq3 tēpore in cā-
panie partibus bucillinus cū frācis ve
nit. De monasterio vero p̄fati dei fa
muli rumor exierat: q͛ multas pecūias
habuerat. Ingressiq3 oratoriū frāci ce
perunt seuientes libertinū querere: li-
bertinū clamare: vbi ille in orationem
prostratus iacebat. Mira valde res.
Querētes seuientesq3 frāci: in ip̄m in-
gredientes impingebāt ⁊ ipsum vide-
re nō poterant. Sicq3 sua cecitate fru
strati: a monasterio vacui sunt regres-
si. Alio quoq3 tēpore ꝓ causa monaste
rij sui abbatis iussu qui honorato eius
magistro successerat rauēnam pgebat
pro amore vero eiusdem venerabilis
honorati quocunq3 libertin⁹ ibat: eius
semp caliculā in sinu portare cōsueue-
rat. Itaq3 dū pergeret accidit vt que-
dam mulier extincti filij corpusculum
ferret. Que dum seruū dei esset ītuita
amore filij succēsa iumentū eius p fre-
num tenuit: atq3 cum iuramēto dixit.
Nullatenus recedes nisi filiū meuz su-
scitaueris. At ille inusitatū habens ta-
le miraculū expauit petitiōis illius iu-
ramentū: declinare a muliere voluit:
sed nequaq̄ p̄ualēs hesit aīo. Consi-
derare libet quale quantūcūq3 in eius
pectore certamē fuerit. Ibi qppe pu-
gnabat inter se humilitas cōuersatio-
nis ⁊ pietas matris. Timor ne inusita-
ta p̄sumeret: dolor ne orbate mulie-
ri subueniret. Sed ad maiorē dei glo-
riaz vicit pietas illud pectus virtutis.
Quod ideo fuit validū: q2 deuictum.
Uirtutis enī pectus nō esset si hoc pie
tas nō vicisset. Itaq3 descēdit: genu fle
xit: ad celū manus tetēdit. Caliculāq3
de sinu ꝓtulit: super extincti pueri pe
ctus posuit. Quo orante aīa pueri ad
corpus redijt. Quē manu cōprehēdit:
⁊ flenti matri viuentē reddidit: atque
iter qđ ceperat peregit. Petrus.

VIrtutem tanti miraculi honora-
ti egit meritum: an petitio li-
bertini. Gregorius.

QUidnā hoc esse dicimus. In ostē
sione tam admirabilis signi cum
fide femine virtus cōuenit vtrorūq3.
Atq3 ideo libertinū existimo ista po-
tuisse: q2 plus didicerat de magistri q̄3
de sua virtute cōfidere. Cuius enī ca-
liculā in pectore extincti corpusculi po
suit: eius nimirū animā obtinere qđ pe
tebat extimauit. Nam heliseus quoq3
magistri palliū ferens: atq3 ad iorda-
nem veniēs percussit semel: ⁊ aq̄s mi-
nime diuisit. Sed cuz repēte diceret:
vbi est etiam nūc deus helie: percussit
fluuiū magistri pallio: ⁊ iter inter aq̄s
fecit. Perpēdis petre quātum exhibē
dis virtutibus humilitas valet. Tunc
exhibere magistri virtutē potuit: quā-
do magistri nomen ad memoriam re-
duxit. Quia enim ad humilitatem sub
magistro redijt: qđ magister fecerat ⁊
ipse fecit. Petrus.

LIbet qđ dicis. Sed q̄so te: est ne
aliqd aliud qđ adhuc de ipso ad
nostram edificationē narres. Grego.

ESt plane. Sed si sit qui velit imi
tari. Ego enim virtutē patientie
signis ⁊ miraculis maiorē credo. Qua
dam nāq3 die is qui post venerabilis
honorati exitū monasterij regimē te-
nebat. Cōtra eundē venerabilez liber
tinū in graui iracūdia exarsit: ita vt in
eum manibus cederet. Et q2 virgam
qua euz ferire posset minime inuenit:

cōprehenso scabello suppedaneo eius caput ac faciem tutudit: totūqꝫ illius vultum tumētem ac liuiduꝫ reddidit. Qui vehemēter cesus ad stratum proprium tacitus secessit. Die vero altera ei erat pro vtilitate monasterij cā constituta. Expletis igitur hymnis matutinalibus: libertinus ad lectum abbatis venit: orationē dari sibi humiliter petijt. Sciens vero ille quātuꝫ a cunctis honoraretur quātūqꝫ diligeretur pro iniuria quā ei ingesserat: recedere euꝫ velle de monasterio putabat: atqꝫ requisiuit dicens. Ubi vis ire. Cui ille rn̄dit. Monasterij causa cōstituta ē pater quā declinare nequeo: qꝛ hesterna die me hodie iturū promisi: ibi ire disposui. Tūc ille a fundo cordis cōsiderans asperitatē ꝛ duritiā suam: humilitatē ac māsuetudinē libertini ex lecto ꝓsiliuit: pedes libertini tenuit: se peccasse se reū esse testatus est: qꝛ tāto talieqꝫ viro tam crudelē facere contumeliā presumpsisset. At cōtra libertinus sese in terrā prosternēs: eiusqꝫ pedibus ꝓuolutus sue culpe nō illius seuitie fuisse referebat qꝺ ꝑtulerat. Sicqꝫ actuꝫ est: vt ad magnā mansuetudinē ꝓduceretur pater: ꝛ humilitas discipuli magistra fieret magistri. Cūqꝫ ꝑ vtilitate monasterij ad ꝯstitutionē cāe egressus fuisset libertinus: multi viri noti ac nobiles qui eū valde semper honorabāt: vehemēter admirati solicite reqrebāt dicentes. Quidnā hoc esset ꝙ tā tumētem ac liuidā faciem haberet: quib⁹ ille dicebat. Hesterno sero peccatis meis facientibus in scabello suppedaneo īpegi: atqꝫ hoc ꝑtuli. Sicqꝫ vir sanctus seruās in pectore honorem veritatis ꝛ magistri: nec patris ꝓdebat viciū: nec falsitatis incurrebat peccatū. Petrus.

P Utas ne vir iste venerabil' libertinus: de quo tot signa ꝛ mirabilia retulisti: in tam amplam congregationem imitatores suos in virtutibus non reliquit. Gregorius.

F Elix q appellabaꝛ curuus quā ipse bene cognouisti q eiusdē monasterij nuꝑ prepositus fuit: multa mihi de fratrib⁹ eius monasterij admirāda narrabat. Ex qbus aliq̄ que ad memoriā veniūt supprimo: qꝛ ad alia festino. Sed vnū dicam: qꝺ ab eo narratū pretereūdū nullo modo estimo. Ca. iij.

I N eodē monasterio qdaꝫ magne vite monachus erat hortolanus: Fur ꝟo venire ꝯsueuerat: ꝑ sepē ascendere ꝛ occulte olera auferre. Cūqꝫ ille multa plātaret que minus inueniret: ꝛ alia pedibus cōculcata: alia direpta cōspiceret. Totum hortū circūiens inuenit iter vnde fur venire consueuerat. Qui in eūdem hortuꝫ deambulās repperit etiam serpentē: cui precipiēs dixit: Sequere me. Atqꝫ ad adituꝫ furis perueniēs: imperauit serpenti dicens. In nomine iesu precipio tibi vt adituꝫ istum custodias: ac furem huc ingredi nō permittas. Protinus serpens totū se in itinere in trāsuersum tetēdit: ꝛ ad cellam monachus redijt. Cūqꝫ meridiano tempore cūcti quiescerent: more solito fur aduenit: ascēdit sepem. Et dum in hortū pedeꝫ poneret vidit subito quia tēsus serpens clausisset viaꝫ: ꝛ tremefactus post semetipsum cōcidit: eiusqꝫ pes per calciamētum in sude sepis inhesit: sicqꝫ vsqꝫ dum hortolanus rediret: deorsum capite pependit. Cōsueta hora venit hortolan⁹: pendētem in sepe furem repperit: serpenti autē dixit. Gratias deo. Implesti qꝺ iussi: recede modo. Qui ilico abscessit. Ad fureꝫ vero perueniēs ait. Quid est frater. Tradidit te mihi deus. Quare in laborem monachorū furtū totiens facere presumpsisti. Et hec dicēs: pe-

dem illius a sepe in qua inheserat solnit eumqz sine lesione deposuit. Cui dixit: sequere me. Quē sequētē duxit ad horti aditum: ꝛ olera que furto appetebat auferre: ei cū magna dulcedine prebuit dicēs. Uade ꝛ post hec furtum non facias. Sed cū necesse habes: huc ad me ingredere: ꝛ que tu cū peccato laboras tollere: ego tibi deuotꝰ dabo.

NUnc vsqz vt inuenio: in- Petrꝰ. cassum ego nō fuisse patres ī italia q signa facerēt estimabā. Grego.

FOrtunati viri venerabilis abbatis monastery qd appellabat̄ balneum ciceronis: aliorūqz etiam virorum venerabiliū didici relatiōe quod narro. Capitu. iiij.

VIr sanctissimus equitius nomine in valerie partibus puincie sui merito apud omnes illic magne admiratiōis habebatur. Cui fortunatus idē familiariter notus fuit. Qui nimirum equitius pro sue magnitudine sanctitatis: multorū in eadem puincia monasteriorū pater extitit. Hunc cū iuuentutis sue tempore acri certamine carnis incētiua fatigarent: ipse sue tēptationis angustie ad oratiōis studium solertiorē fecerūt. Cūqz hac in re ab omnipotēte deo remedium cōtinuis precibus quereret: nocte quadam assistēte angelo eunuchizari se vidit: eiusqz visioni apparuit: q omnē motum ex genitalibus mēbris eius absciderat: atqz ex eo tempore ita alienus extitit a tēptatione acsi sexum nō haberet in corpore. Quia virtute fretus ex dei omnipotētis auxilio: vt viris ante preerat: ita cepit postmodū etiam feminis preesse. Nec tamē discipulos suos admonere cessabat: ne se exemplo eiꝰ in hac re facile crederēt: ꝛ casuri temptarent donū quod nō accepissent. Eo autem tempore quo malefici in hac sunt romana vrbe deprehēsi: Basilius q magicis operibus primus fuit: in monachico habitu valeriam fugiens petyt. Qui ad virū reuerētissimum castorium amiternine ciuitatis episcopū pergēs postulauit ab eo vt eū equitio abbati cōmitteret: ac sanādum monasterio illius cōmendaret. Tūc ad monasterium venit episcopus: secūqz basilium monachum deduxit: ꝛ equitiū dei famulum: ꝛ vt eundē monachū in cōgregatione susciperet rogauit. Quē statī vir sanctus intuens ait: hūc quē mihi commēdas pater: ego nō video monachum esse: sed diabolū. Cui ille respōdit: Occasionē queris ne debeas prestare qd peteris. Ad quē mox dei famulus dixit. Ego quidē hoc eū denūcio esse qd video. Ne tū nolle me obedire existimes facio qd iubes. Susceptꝰ est itaqz in monasterio. Non post multos dies: idē dei famulus pexhortādis ad desideria supna fidelibus: paulo longius a cella digressus est. Quo discedēte: contigit vt in monasterio virginum in quo eiusdē patris cura vigilabat: vna earū que iuxta carnis huius putredinē speciosa videbat̄ febrire inciperet: ꝛ vehementer anxiari: magnisqz nō iam vocibus sed stridoribus clamare. Mō moritura sum: nisi basilius monachus veniat: ꝛ ipse mihi per sue curatiōis studium salutē reddat. Sed in tanti patris absentia: accedere quispiā monachorū in congregationē virginū minime audebat. Quātominus ille q nouus aduenerat: eiusqz adhuc vitam fratrū cōgregatio nesciebat. Missum repēre est: ꝛ dei famulo equitio nunciatū q sanctimonialis illa imēsis febribus estuaret: ꝛ basily monachi visitationē anxie qreret. Quo audito vir sanctus dedignando subrisit atqz ait. Nunquid non dixi quia diabolus esset iste: nō monachus.

Ite et de cella eius ꝓicite. De ancilla autem dei que anxietate febriū vrget̄ nolite esse solliciti: qꝛ ex hac hora neqꝫ febribus laboratura est: neqꝫ basiliū querit(ur)a. Regressus est monachus: et ea hora saluti restitutā dei virginē agnouit: qua eādem salutē illius dei famulus equitius lōge positus dixit. In virtute scilꝫ miraculi exēplum tenēs magistri sui imitatus ad filiū reguli eū solo verbo restituit saluti: vt reuertēs pater ea hora filiū restitutū vite cognosceret: qua hora vitā illius ex ore veritatis audisset. Oēs aūt monachi iussionē sui patris implētes: eundē basilium ex monasterij habitatiōe repulerunt. Qui repulsus: dixit frequēter se cellulam eqtij magicis artibus in aera suspēdisse: nec tamē eius quēpiam ledere potuisse. Qui nō post longū tempus in hac romana vrbe exardescente celo christiani populi igne cremat(us) ē. Quadam vero die vna dei famula ex eodē monasterio virginū hortum ingressa est. Que lactucā cōspiciens cōcupiuit: eāqꝫ signo crucis bñdicere oblita auide momordit. Sed arrepta a diabolo ꝓtinus cecidit. Cūqꝫ vexaretur: eidē patri equitio sub celeritate nūciatū est vt cōciter veniret: et orādo cōcurreret. Moxqꝫ vt hortū idem pater igressus est: cepit ex eius ore quasi satisfaciens ipse qui hāc arripuerat diabolus clamare dicēs. Ego quid feci. Ego qd feci. Sedebā ibi super lactucā: venit illa et momordit me. Cui cū graui indignatione vir dei precepit vt absccederet: et locum in omnipotētis dei famula non haberet. Qui ꝓtinus abscessit: nec eā contingere vltra preualuit.

Quadam vero die felix noīe nursie ꝓuincie nobilis pater hui(us) castorij qui nūc nobiscum in romana vrbe demorat̄. Cum eūdem venerabilē virum sacrū ordinē nō habere cōspiceret et eū videret per singula loca discurrere atqꝫ studiose ꝑdicare: quadā die familiaritatis ausu adijt dicēs. Qui sacrum ordinē nō habes: atqꝫ a romano pōtifice sub quo degis predicatiōis licentiā nō accepisti: predicare quō ꝑsumis. Qua eius inqsitione cōpulsus vir sanctus indicauit predicatiōis licentiā qualiter accepit dicēs. Ea que mihi loqueris: ego quoqꝫ mecū ipse pertracto. Sed nocte quadā speciosus mihi ꝑ visionē iuuenis astitit: atqꝫ in linguam meā medicinale ferramentū idest flebothomū posuit dicēs. Ecce posui verba mea in ore tuo: egredere ad ꝑdicandum: atqꝫ ex illo die etiā cum voluero de deo tacere nō possum. Petrus.

Vellem patris huius etiam opus agnoscere: qui fertur talia dona percepisse. Gregorius.

Opus petre ex dono est: nō donū ex opere. Alioqn gratia iam non est gr̄a. Omne quippe opus dona ꝑueniunt: quāuis ex subseqūti opere ipsa etiā dona succrescant. Ne tamē vite eius cognitiōe frauderis: bene hūc reuerentissimus vir albin(us) reatine antistes ecclesie cognouit: et adhuc supsunt multi qui scire potuerūt. Sed qd plus queris operis quādo cōcordabat uite mūditia cū studio predicatiōis. Tāt(us) quippe illū ad colligendas deo aīas feruor accēderat: vt sic monasterijs ꝑesset qtenus ꝑ ecclesias: per castra: ꝑ vicos: per singulorū quoqꝫ fideliū domos circūquaqꝫ discurreret: et corda audiētium ad amorē pr̄ie celestis excitaret. Erat vero valde vilis in vestibus atqꝫ ita despectus: vt si quis illum fortasse nesciret: salutatus etiam resalutare despiceret. Et quotiens ad alia tendebat loca iumētum sedere consueuerat: qō esset despicabilius iumentis omni-

bus que in cella potuissent reperiri. In quo etiam capistro pro freno: et verue cum pellibus pro sella vtebat. Super semetipsum sacros codices in pelliceis saculis missos dextro leuoqz latere portabat. Et quocūqz peruenisset scripturarū aperiebat fontē: et rigabat prata mentiū. Huius quoqz opinio predicationis ad romane vrbis noticiā peruenit. Atqz vt est lingua adulantiū auditoris sui animā amplectādo necās: Eo tempore clerici huius apostolice sedis antisti adulādo qsti sunt dicētes. Quis est iste vir rusticus qui auctoritatē sibi predicatiōis arripuit: et officiū apostolici nostri dñi sibimet vsurpare indoctus presumit. Mittat igitur si placet qui huc eū exhibeat: vt quis sit ecclesiasticus vigor agnoscat. Sicut autem moris est ut occupato in multis animo adulatio valde surripiat: si ab ipso cordis ostio nequaqz fuerit citius repulsa. Suadētibus se clericis cōsensum pontifex prebuit: vt ad romanā vrbez deduci debuisset: et quēnam sua eēt mensura cognosceret. Julianū tamē tūc defensorē mittens qui sabiniensi ecclesie postmodū in episcopatu pfuit. Hoc precepit: vt cū magno eū honore deducerent: nec quicqz dei famulus ex cōuentione eadē iniurie sentiret. Qui parere de eo clericorum votis cōcitus volēs festi:e ad eius monasteriū cucurrit. Ibiqz absente illo antiquarios scribētes repperit: et vbi abbas esset inquisiuit. Qui dixerunt. In vale hac que monasterio subiacet: fenū secat. Idē vero iulianus superbū valde atqz cōtumacē pueruz habuit: cui vix poterat vel ipse dñari. Hunc ergo misit: vt eū ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer: et proteruo spiritu pratū velociter ingressus: omnesqz intuens illic fenū secātes requisiuit quisnā esset equitius. Moxqz vt audiuit quis esset: eū adhuc lōge positus asperit: et imēso timore correptus: cepit timere: lassescere: seqz ipsum nutanti gressu vix posse portare. Qui tremēs ad dei hominē peruenit: atqz vlnis humiliter eius genua deosculās strinxit: suūqz dominum ei occurrisse nunciauit. Cui resalutato: dei famulus precepit dicēs. Leua fenum viride: porta pabulū iumētis in quibus venisti. Ecce ego: qz parū superest operis: expleto opere te subsequor. Is autem qui missus fuerat iulianus defensor mirabatur valde: quidnā esset qꝫ redire moraretur puer. Cum ecce reuertētē puerum cōspicit: atqz in collo fenū ex prato deferētem. Qui vehemēter iratus: cepit clamare dicēs. Quid ē hoc. Ego te misi hominē deducere: nō fenuz portare. Cui respōdit puer. Quez queris: ecce subsequitur. Cum ecce vir dei clauatis calciatus calceis: falcem fenariaz in collo deferēs veniebat. Quē adhuc longe positū: puer suo domino quia ipse esset quē quereret indicauit. Idē vero iulianus repēte ut vidit dei famulū: ex ipso habitu despexit. Eūqz qualiter deberet alloqui proteruia mēte preparabat. Mox vero ut seruus dei cominus affuit: eiusdem iuliani animū intolerabilis pauor inuasit: ita ut tremeret atqz ad insinuandū hoc ipsuz quod venerat uix sufficere ligua potuisset. Qui humiliato mox spiritu ad eius genua cucurrit: orationem pro se fieri petyt: et quia pater eius apostolicus pontifex eum videret vellet indicauit. Uir autem venerādus equitius cepit imensas gratias omnipotēti deo agere asserens: qꝫ se per summū pontificem gratia superna visitasset. Ilico uocauit fratres: precepit hora eadem iumēta preparari: atqz executorem suū cepit vehementissime vrgere: vt statim exire

debuissent. Cui iulianus ait. Hoc fieri
nullatenus potest: quia lassatus ex iti-
nere hodie non valeo exire. Tunc ille
respondit. Cōtristas me fili: quia si ho
dierna die nō egrediemur: iam crasti-
na nō exibimꝰ. Dei itaqꝫ famulus exe-
cutoris sui lassitudine coactus: in mo-
nasterio suo eadem nocte moratus est.
Cuꝫ ecce sequēti die sub ipso lucis cre
pusculo: vehemēter equo in cursu fa-
tigato ad iulianū puer cuꝫ epistola ve
nit: in qua ei preceptum est ne seruum
dei cōtingere vel mouere de monaste
rio auderet. Quē cum ille audiret atqꝫ
requireret cur sententia esset mutata:
cognouit. Quia nocte eadem qua illuc
ipse executor missus est: per visuꝫ pon
tifex fuerat vehemēter exterritus: cur
ad exhibēdum dei hominem mittere
presumpsisset. Qui protinus surrexit:
seqꝫ uenerandi viri orationibus com-
mēdans ait. Rogat pater vester ne fa
tigari debeatis. Cūqꝫ hic dei famulus
audisset cōtristatus ait. Nunquid non
die hesterno dixi: quia si nō statim per
gimus: iam pergere minime licebit.
Tunc pro charitatis exhibitione: ali-
quātulum executorem suū in cella re-
tinuit: eiqꝫ laboris sui cōmodum coac
to renitētiqꝫ dedit. Cognosce igitur pe
tre in quāta dei custodia sunt: qui ī hac
vita seipsos despicere nouerūt. Cum
quibus intus ciuibus in honore nume
rātur: qui despecti foris hominibꝰ esse
non erubescūt. Quia ecōtra in dei ocu
lis iacent: qui apud suos ꝛ proximorū
oculos per inanis glorie appetitū tu-
ment. Unde ꝛ quibusdā veritas dicit.
Uos estis qui iustificatis vos corā ho-
minibus: deus aūt nouit corda vestra.
Quia quod apud homines altum est:
abominabile est apud deum. Petrus.

MIror valde q̄ de tali viro surripi
pontifici potuit tāto. Gregorius.

QUid miraris petre quia fallimur
qui homines sumus. An mēte ex
cidit: q̄ dauid qui prophetie spiritum
habere cōsueuerat: contra innocētem
Jonathe filiū sententiam dedit cū ver
ba pueri mētientis audiuit. Quod ta-
men quia per dauid factū est: ꝛ occul-
to dei iudicio iustum credimus: ꝛ ta-
men humana ratiōe qualiter iustum
fuerit nō videmus. Quid ergo mirum
si ore mentientiū aliquando in aliud
ducimur: qui ꝓphete nō sumus. Mul
tum vero est q̄ vniuscuiusqꝫ presulis
mentē curaruꝫ densitas deuastat. Cū-
qꝫ animus diuiditur ad multa: fit mi-
nor ad singula. Tātoqꝫ ei in vna quali
bet re surripitur: quāto latius in mul-
tis occupatur. Petrus.

VEra sunt valde q̄ dicis. Greg.

SIlere non debeo quod de hoc vi
ro abbate quōdam meo reueren
tissimo valentino narrante cognoui.
Aiebat nāqꝫ q̄ corpus eius dū in bea-
ti laurētij martyris oratorio esset hu-
matuꝫ: super sepulchrū illius rusticus
quidā arcam cum frumēto posuit: nec
quātus qualisqꝫ vir illic iaceret ꝓpen-
dere ac vereri curauit. Cū repēte tur-
bo celitus factus rebus illic omnibꝰ in
sua stabilitate manētibus archaꝫ que
superposita sepulchro eius fuerat ex-
tulit: lōgeqꝫ proiecit: vt palam cuncti
agnoscerent quāti esset meriti is cuius
illic corpus iaceret. Ea etiā que subiū
go predicti venerabilis viri fortuna-
ti: qui valde mihi equitate ope ꝛ sim-
plicitate placet: relatiōe cognoui. Ean
dem valerie prouinciā lōgobardis in-
trātibus: ex monasterio reuerentissimi
viri equitij in predicto oratorio ad se-
pulchrum eius monachi fugerūt. Cū-
qꝫ lōgobardi seuientes oratorium in-
trassent: ceperūt eosdem monachos fo
ras trahere: vt eos aut per tormēta di

cuterent: aut gladijs necarēt. Quorū vnus ingemuit: atq3 acri dolore cōmotus clamauit. Sancte egti placet tibi ꝙ trahamur ⁊ nō nos defendas. Ad cuius vocē ꝓtinus seuientes lōgobardos īmundus spiritus inuasit. Qui corruentes in terram tādiu vexati sunt quousq3 hoc cuncti etiā qui foris erant longobardi cognoscerent: quatenus locum sacrum temerare vlterius nō auderent. Capitu. v.

Quiusdā coepiscopi mei didici relatiōe qđ narro: qui in anchonitana vrbe p annos multos in monachico habitu deguit: ibiq3 vitā non mediocriter religiosam duxit. Cui etiā qdam nostri iam puectioris etatis q ex eisdē sunt partibus attestātur. Juxta eā nāq3 ciuitatē ecclesia beati martyris stephani sita est. Jn qua vir vite venerabilis cōstantinus noīe māsionarij functus officio deseruiebat. Cuius sanctitatis opinio sese ad noticiā hominū lōge lateq3 tetēderat: qꝛ idem vir funditus terrena despiciēs toto nisu mentis ad sola celestia flagrabat. Quadā vero die dū in eadē ecclesia oleum deesset. Et pdictus domini famulus vnde lāpades accēderet oī modo nō haberet: omnes lāpades ecclesie ipleuit aqua: atq3 ex more in medio papirū posuit: quas allato igne succēdit. Sicq3 aqua arsit in lāpadibꝰ ac si oleū fuisset. Perpende igitur petre cuiꝰ meriti iste vir fuerit: qui necessitate cōpulsus elementi naturam mutauit. Petrus.

Mirum est valde quod audio: sed velim nosse cuiꝰ humilitatis apđ se intus esse potuit iste: qui tante excellentie foris fuit. Gregorius.

Inter virtutes animū cōgrue requiris: qꝛ multū valde est qđ tēptatione sua intus mentē lacessunt mira que foris fiunt. Sed si huius cōstātij venerabilis vnū qđ fecit audis: cuiꝰ humilitatis fuerit citiꝰ agnoscis. Petrus.

Postquam facti illius tale miraculum dixisti: superest vt me etiam de humilitate mentis eius edifices. Gregorius.

Quia valde opinio sanctitatis eiꝰ excreuerat: multi hūc ex diuersis ꝓuincijs anxie videre sitiebāt. Quadā vero die ex lōginquo loco ad videndū eum quidā rusticus venit. Eadē vero hora casu cōtigerat: vt sanctꝰ vir stans in ligneis gradibus reficiēdis lāpadibus deseruiret. Erat autē pusillus valde: exili forma atq3 despecta. Cūq3 is qui ad videndū eum uenerat: quisnam esset inquireret: ac obnixe peteret vt sibi debuisset ostēdi: hi qui illū nouerāt mōstrauerunt quis esset. Sz sicut stulte mentis hoīes meritum ex qualitate corporis metiūtur: eum paruulū atq3 despectū videns: ipsum hūc esse cepit oīno non credere. Jn mēte eteni rustica inter hoc qđ audierat ⁊ videbat: qsi facta fuerat quedā rixa. Et estimabat tam breuē hominē per visionē esse nō posse: quē tam ingētez habuerat p opinionē. Cui ip3 esse dū a pluribꝰ fuisset astructū: despexit ⁊ irrisit dicēs. Ego grādem hominē credidi: iste de homine nihil habet. Quod vt vir dei cōstantius audiuit: lāpades quas reficiebat protinus letus relinquēs cōcitus descēdit: atq3 i eiusdē rustici amplexū ruit: eūq3 ex amore nimio ꝯstringere cepit brachijs ⁊ osculari: magnasq3 gratias agere: ꝙ de se talia iudicasset dicens. Tu solus es qui in me oculos apertos habuisti. Ex qua re pēsandū est cuius apud se humilitatis fuit: qui despicientem rusticū amplius amauit. Qualis enim quisq3 apud se lateat: cōtumelie illate probāt. Nam sicut supbi honoribus: sic plerūq3 humiles sua despectio

ne gratulātur. Cūqꝫ se ꝛ in alienis oculis viles aspiciūt: idcirco gaudēt quia hoc iudicium confirmari intelligunt: quod de se ꝛ ipsi apud semetipsos habuerunt. Petrus.

Nunc agnosco vir iste magnus foris fuit in miraculis: sed maior intus in humilitate. Cap. vi. Grego.

Eiusdem quoqꝫ anchonitane antistes ecclesie: virtute venerabilis marcellinus fuit. Cuius gressum dolore nimio podagra cōtraxerat. Cūqꝫ familiares sui sicubi necesse esset: ī manibus ferebāt. Quadā vero die ꝑ culpam incurie eadē ciuitas anchonitana succēsa est. Cūqꝫ vehemēter arderet: concurrerūt omnes vt ignē extinguerent. Sed illis aquā certatim proicientibus ita crescebat flāma: vt iam toti⁹ vrbis interitū minari videret. Cumqꝫ propinquiora sibi queqꝫ loca ignis inuaderet: iāqꝫ vrbis partem nō modicam cōsumpsisset ꝛ obsistere nullus valeret: deductus in manibus venit episcopus. Et tāta periculi necessitate cōpulsus: familiaribus suis se portātibus precepit dicēs. Cōtra ignem me ponite. Quod ita factū est: atqꝫ in eo loco positus est: vbi tota vis flāme videbatur incūbere. Cepit autē miro modo in semetipso incēdium retorqueri: ac si reflexiōe sui impetus exclamaret: se episcopū transire nō posse. Sicqꝫ factum est: vt flāma incēdij illo termino refrenata: in semetipsa frigesceret: ꝛ cōtingere vlterius quicq̄ꝫ edificij nō auderet. Perpēdis petre cui⁹ sanctitatis fuerit egrū hominem cōtra ignem sedere: ꝛ orando flammas premere.

Et perpēdo ꝛ obstupesco. Petrus. Capi. vij. Gregorius.

De vicino nūc loco aliqd tibi narrabo: ꝛ qꝺ viri venerabilis marimiani epi: ꝛ laurionis quē nosti veterani monachi: qui vtriqꝫ nūc vsqꝫ supest relatiōe cognoui. Qui scilꝫ laurio in eo monasterio quod iuxta nepestinā vrbem subpentoma vocat̄ ab anastasio viro sanctissimo nutritus est. Qui nimirū anastasius vir vite venerabil' viro nōnoso preposito monasterij: qꝺ in soractis montē situm est: ꝛ ꝓpinquitate loci ꝛ morū magnitudine ꝛ virtutuꝫ studijs assidue iungebat̄. Idem vero nōnosus sub asperrimo sui monasterij degebat patre: sed eius mores mira semper equanimitate tolerabat. Sicqꝫ fratribus in māsuetudine preerat: sicut crebro patris iracūdiam ex humilitate mitigabat. Quia uero ei⁹ monasteriū in summo montis cacumine sitū est: ad quēlibet paruū hortuꝫ fratrib⁹ excolendum nulla planicies patebat. Unus autē breuissimus locus in latere montis excreuerat: quē ingenti saxi naturaliter egrediens moles occupabat. Quadā die dum nōnosus venerabilis cogitaret: qꝫ saltē ad cōdimenta olerum nutriēda locus idē apt⁹ potuisset existere: si hūc moles saxi illius non teneret: occurrit animo: qꝛ eādeꝫ molem quinquaginta bouꝫ paria mouere non possent. Cūqꝫ de humano labore esset facta desperatio: ad diuinū se solatium cōtulit: seseqꝫ illic nocturno silētio in oratiōnē dedit. Cum mane facto ad eundē locū fratres venerūt: atque inuenerūt molem tāte magnitudinis ab eodē longius recessisse: suo quoque recessu largū fratrib⁹ spatiuꝫ dedisse.

Alio quoqꝫ tēpore cum idē venerabilis vir lāpades vitreas ī oratorio haberet: vna ex eius manib⁹ cecidit: que per inumeras ptes desilijt fracta. Qui vehemētissimū p̄ris mōasterij furoreꝫ timēs: lāpadis ꝓtin⁹ omnia fragmenta collegit: atqꝫ ante altare posuit: seqꝫ cum graui gemitu in oratiōnē dedit.

Cumque ab oratione caput leuasset: sanam lampadem repperit: quam timens per fragmenta collegerat. Sicque in duobus miraculis duorum patrum est virtutes imitatus. In mole scilicet saxi factum gregorii qui montem mouit: in reparatione vero lampadis virtutem donati: qui fractum calicem pristine incolumitati restituit. Petrus.

Habemus vt video de exemplis veteribus noua miracula. Gregorius.

Vis ne aliquid in operatione nonosi de imitatione quoque helisei cognoscere. Petrus.

Volo atque inhianter cupio. Grego.

Cum quadam die in monasterio vetus oleum deesset: iamque colligende oliue tempus incumberet: sed in oliuis fructus nullus appareret: visum patri monasterii fuerat vt circumquaque fratres in colligendis oliuis ad exhibenda extraneis opera pergerent: quatenus ex mercede sui operis aliquantulum monasterio oleum deportarent. Quod vir domini nonosus fieri cum magna humilitate prohibuit: ne exeuntes fratres ex monasterio dum lucra olei quererent: animarum damna paterentur. Sed quia in monasterii arboribus oliue pauce inesse videbantur: eas colligi precepit et in prelo mitti: et quantulumlibet parum oleum exire potuisset: sibimet deferri. Factumque est: et susceptum in paruulo vasculo oleum fratres nonoso dei famulo detulerunt. Quod ipse protinus ante altare posuit: cunctisque egredientibus orauit: atque a scitis fratribus postmodum precepit: vt quod detulerant oleum leuarent: et per cuncta vasa monasterii exigue fundendo diuiderent: quatenus benedictione eiusdem olei omnia infusa viderentur. Que protinus vt erant vacua claudi fecit. Die vero alio aperta vasa: omnia plena reperta sunt. Petrus.

Probamus quotidie impleri verba veritatis que ait pater meus vsque modo operatur: et ego operor. Gregorius.

Eodem quoque tempore venerandus anastasius: cuius superius memoriam feci: sancte romane ecclesie: cui deo auctore deseruio: notarius fuit. Qui soli deo vacare desiderans: scrinium deseruit: monasterium elegit. Atque in eo loco quem prefatus sum: qui subpentoma vocatur: per annos multos in sanctis actibus vitam duxit: eique monasterio solerti custodia prefuit. Quo videlicet in loco ingens desuper rupes eminebat: et profundum subter precipitium patet. Quadam vero nocte cum iam omnipotens deus: eius venerabilis viri anastasii labores remunerare decreuisset: ab alta rupe vox facta est: que producto sonitu clamaret dicens: Anastasii veni. Quo vocato: alii quoque septem fratres ex nomine sunt vocati. Paruo autem momento ea que fuerat emissa vox siluit: et octauum fratrem vocauit. Quas dum aperte voces congregatio audisset: dubium non fuit: quia eorum qui vocati fuerant obitus propinquasset. Intra paucos igitur dies prius venerandus vir anastasius: ceteri autem in eo ordine ex carne ducti sunt: quo de rupis vertice fuerant vocati. Frater vero ille: ad quem vocandum vox parum siluit: atque eum ita nominauit: morientibus aliis paucis diebus vixit: et tunc vitam finiuit. Ut aperte monstraretur: quia interiectum vocis silentium paruum spacium viuendi significauerit. Sed mira res contigit quia dum venerabilis vir anastasius de corpore exiret: erat quidam frater in monasterio qui super eum viuere nolebat. Prouolutus eius pedibus cepit ad eum cum lachrymis postulare dicens: Per illum ad quem vadis te coniuro: ne septem dies super te in hoc mundo faciam. Ante cuius septimum diem etiam ipse mortuus est: qui tamen in illa nocte inter ceteros non fuerat vocatus. Ut aperte claresceret: quia eius

obitũ sola venerabilis anastasij inter-
cessio obtinere potuisset. Petrus.

Cum idẽ frater vocatus inter ce-
teros nõ est: ⁊ tamẽ sancti viri in-
tercessiõib⁹ ex hac luce subtract⁹ ẽ: qd
aliud dat̃ intelligi: nisi ꝙ hi q apud do-
minũ magni sunt meriti: obtinere ali-
quando possunt ea etiam que nõ sunt
predestinata. Gregorius.

Obtinere nequaꝙ̃ possunt que ꝓ-
destinata nõ fuerint: sed ea q̃ san-
cti viri orando efficiũt: ita predestina-
ta sunt vt precibus obtineant̃. Nã ip-
sa quoqȝ perennis regni predestinatio
ita est ab omnipotente deo disposita:
vt ad hoc electi ex labore perueniant:
quatenus postulando mereant̃ accipe
re: qđ eis omnipotẽs deus ante secula
disposuit donare. Petrus.

Probari mihi apertius velim: si
potest predestinatio precib⁹ ad-
iuuari. Gregorius.

Hoc quod ego petre intuli: conci-
te valet probari. Certe eteñi no-
sti quia ad abraam dominus dixit. In
isaac vocabitur tibi semen. Cui etiam
dixerat: patrem multaꝝ gentium con-
stitui te. Cui rursus ꝓmisit dicẽs. Be-
nedicam tibi ⁊ multiplicabo semẽ tuũ
sicut stellas celi: ⁊ velut arenã que est
in littore maris. Ex qua re aperte con-
stat: quia omnipotẽs deus semẽ abrae
multiplicare per isaac predestinaue-
rat: ⁊ tamẽ scriptũ est: deprecatus est
isaac dominũ pro vxore sua eo ꝙ esset
sterilis. Qui exaudiuit eũ: ⁊ dedit con-
ceptũ rebece. Si ergo multiplicatio
generis abrae per isaac predestinata
fuit. Cur cõiugeȝ sterilem accepit. Sȝ
nimirum cõstat: qꝛ precibus impletur
predestinatio: quando is in quo deus
multiplicare semẽ abrae predestina-
uerat: oratiõe obtinuit: vt filium habe
re potuisset. Petrus.

Quia secretũ ratio apuit: nihil mi-
hi dubietatis remãsit. Grego.

Uis tibi aliquid de tuscie pte nar-
rẽ: vt cognoscas quales in ea vi-
ri fuerint: ⁊ omnipotentis dei noticie
propinqui. Petrus.

Uolo: atqȝ hoc omnino exposco.

De bonifacio ferentis ciuitatis episco
po. Capi.ix. Gregorius.

Fuit vir vite venerabilis bonifa-
cius noĩe: qui in ea ciuitate que fe
rentis dicit̃ episcopatũ officio te
nuit: moribus impleuit. Huius mihi
multa miracl'a his q adhuc supest gau
dẽtius ꝑ̃sbyter narrat: qui in eius ob-
sequio nutritus: tãto valet de illo q̃qȝ
veracius dicere: quãto eis hũc cõtigit
interesse. Huius ecclesie grauis valde
paupertas inerat: que bonis mẽtibus
esse solet custos humilitatis. Nihilqȝ
aliud ad oẽ stipendiũ: nisi vnã tantum
modo vineã habebat. Que quodã die
ita grãdine irruẽte vastata est: vt in ea
in paucis vitibus vix parui rariqȝ ra-
cemi remanerent. Quã cuȝ predictus
vir reuerentissimus bonifaci⁹ episco-
pus fuisset ingressus: magnas oĩpoten
ti deo gratias retulit: quia in ipsa sua
adhuc inopia sese angustiari cognouit.
Sed cuȝ iam tempus exigeret: vt ipsi
quoqȝ racemi qui remãserant mature
scere potuissent custodeȝ vinee ex mo
re posuit: eãqȝ solerti vigilantia custo
dire precepit. Quadaȝ vero die iussit
cõstantio presbytero nepoti suo: vt cũ
cta vini vascula in episcopio: oĩaqȝ do
lia ita vt ante ꝓsueuerant: superfusa pi
ce prepararet. Quod cũ nepos illius
ꝑ̃sbyter audisset: admiratus valde est
ꝙ quasi ĩsana preciperet: ⁊ vini vascu-
la preparare faceret: qui vinũ minime
haberet. Nec tñ presumpsit inquirere
cur talia iuberet: sed iussis obtẽperãs
omnia ex more ꝓparauit. Tũc vir dei

vineā ingressus: racemos colligit et ad calcatoriū detulit: omnesqz exīde egredi precepit. Solusqz ibi cū vno paruo puerulo remāsit: quē in eodē calcatorio deposuit: et calcari ipsos paucissimos racemos fecit. Cūqz ex eisdē racemis parum aliqd vini deflueret: cepit hoc vir dei suis manibus i paruulo va se suscipere: et per cūcta dolia oīaqz vasa que parata fuerāt pro benedictione diuidere: vt ex eodem vino omnia vascula vix infusa viderentur. Cuz vero ex liquore uini parum aliquid in uasis oibus misisset: vocato presbytero ptinus iussit pauperes adesse. Tūc cepit vinum in calcatorio crescere: ita vt oia que allata fuerant pauperum vascula impleret. Quibus cū se idonee satisfecisse cōspiceret: ex calcatorio puerum iussit descēdere apothecā clausit: atqz impresso sigillo pprio munitā reliquit: morqz ad ecclesiam redyt. Tertio vero die predictum constantiū psbyterum vocauit: et oratione facta apothecam aperuit: et vasa in quibus tenuissimum liquorez fuderat: vbertim vinū fundentia inuenit: ita ut pauimentum omne excrescentia vina inuaderent: si adhuc episcopus tardius intrasset. Tūc terribiliter presbytero pcepit: ne quousqz ipse in corpore viueret. hoc miraculū cuilibet indicaret. Uidelicet pertimescens: ne in virtute facti humano fauore pulsatus inde intus manesceret: vnde foris hominibus magnus appareret. Exemplum etiam magistri sequens: qui ut nos ad viam humilitatis introduceret: de semetipso discipulis precepit dicēs: vt ea que vidissent nemini dicerent: quousqz filius hominis a mortuis resurrexisset. Petrus.

Quia occasio apte se pbuit: libet inquirere quidnam sit: qd redemptor noster cū duobus cecis lumē reddidit: iussit vt nemini dicerent: et illi abeūtes diffamauerūt eum in totam terram illam: Nūquidnam vnigenitus filius patri et spiritui sancto coeternus hac in re velle habuit: qd nō potuit impleri: vt miraculū qd tacere voluit: minime potuisset abscōdi. Gregorius.

Redemptor noster p mortale corpus omne qd egit hoc nobis in exemplo actiōis prebuit: vt p nostrarum viriū modulo eius vestigia sequētes: inoffenso pede opis presentis vite carpamus viam. Miraculū nāqz faciēs: et taceri iussit: et tamē taceri nō potuit. Ut videlicet et electi eius exemplum doctrine illius sequētes: in magnis que faciūt: latere quidem in volūtate habeant: sed vt prosint alijs prodantur inuiti. Quatenus et magne humilitatis sit qd sua opera taceri appetunt: et magne humilitatis sit qd eorum opera taceri non possunt. Nō ergo voluit dominus quicqz fieri et minime potuit. Sz quid velle eius membra debeāt: quidue de eis etiā volētibus fiat doctrine magisterio exemplum dedit. Petrus.

Placet qd dicis. Gregorius.

Adhuc pauca aliqua que de bonifacy epi opere supersunt: qz eius memoriam fecimus exequamur. Alio nāqz tēpore beati proculi martyris natalitius ppinquabat dies. Quo in loco vir nobilis fortunatus noie manebat: qui magnis pcibus ab eodē venerabili viro postulauit: vt cum apud beatū martyrem missaruz solēnia ageret: ad benedictionē dandā in sua domo declinaret. Uir autem dei negare non potuit: quod ab eo ex fortunati mēte charitas poposcit. Peractis igit missaruz solēnijs cum ad predicti fortunati mēsam venisset: priusqz deo hymnū diceret: sicut quidā ludendi arte solent victū querere: repēte vir ante ianuā cuz

simia astitit: et cimbala pcussit. Quem sanct⁹ vir sonitū dedignatus dixit: heu heu: iste miser mortu⁹ est: mortuus est iste miser. Ego ad mēsam refectionis veni: os adhuc ad laudem dei nō aperui: et ille cū simia veniens cimbala percussit: subiunxit tamen atqꝫ ait. Ite et p charitate ei cibum potūqꝫ tribuite: scitote tamē quia mortuus est. Qui infelix vir dum panem aut vinum ex eadē domo percepisset: egredi ianuam voluit. Sed saxum ingēs subito de tecto cecidit: eiqꝫ in verticem venit. Ex qua percussione prostratus in manib⁹ iam semiuiuus leuatus est. Die vero altero secūdum viri dei sententiam funditus finiuit vitam. Qua in re petre pensandum est: quātus sit sanctis viris timor exibendus. Templa enim dei sunt: et cū ad iracūdiam sanctus vir trahitur: quis ali⁹ ad irascēdū nisi eiusdē templi inhabitator excitatur. Tanto ergo metuenda est ira iustorum: quāto et constat qꝛ in eorū cordibus ille presens est qui ad inferendā vltionē quā voluerit inualidus non est. Gregorius.

Alio quoqꝫ tempore predict⁹ cōstantius psbyter: nepos ei⁹ equū suū duodecim aureis vēdidit: quos in propriā arcam ponēs: ad exercendum aliqđ opus discessit. Quo discedēte subito ad episcopū pauperes venerunt: qui importune precabātur vt ei sanctus vir bonifacius episcopus ad cōsolationē sue inopie aliquid largiri debuisset. Sed uir dei qꝛ quod tribueret nō habebat: estuare cepit in cogitatione: ne ab eo pauperes vacui exirent. Cui repente ad memoriā redyt: qꝛ constātius presbyter nepos eius equū quem sedere cōsueuerat uendidisset: atque hoc ipsum preciū in arca sua haberet. Absente igitur eodē nepote suo accessit ad arcam: et pie violentus claustra arce cōminuit: duodecim aureos tulit: eosqꝫ indigentibus vt placuit diuisit. Itaqꝫ cōstantius presbyter reuersus ex opere arcam fractā repperit: et caballi sui preciū quod illic posuerat non inuenit. Cepit magna voce pstrepere: et cū furore nimio clamare. Omnes hic viuūt: solus ego in hac domo viuere nō possum. Ad cuius nimire voces aduenit episcopus: omnesqꝫ qui in eodem episcopio aderāt. Cūqꝫ eū vir dei locutione blāda temperare voluisset: cepit ille cum iurgio respōdere dicens. Omnes tecū viuunt: ego solus hic ante te viuere nō possum. Redde mihi solidos meos. Quibus vocibus cōmotus episcopus: beate marie semper uirginis ecclesiā ingressus est: et eleuatis manibus extēso vestimēto: stando cepit exorare vt ei redderet: vñ presbyteri furētis insaniā mitigare potuisset. Cūqꝫ subito oculos ad uestimentum suū inter extensa brachia reduxisset: repente in sinu suo duodecim aureos inuenit: ita fu'gentes tanquā si ex igne producti hora eadē fuissent. Qui mox de ecclesia egressus eos in sinum fureutis presbyteri proiecit dicens. Ecce habes solidos quos quesisti. Sꝫ hoc tibi notum sit: quia post mortē meam tu huic ecclesie episcopus nō eris ppter auaritiam tuā. Ex qua sentētie veritate colligitur: quia eosdē solidos presbyter pro adipiscēdo episcopatu preparabat. Sꝫ viri dei sermo preualuit. Nam idem cōstantius in presbyteratus officio vitam finiuit.

Alio item tēpore duo ad eū gothi hospitalitatis grā venerūt. Qui rauēnam se festinare pfessi sunt. Quibus ipse paruū vas ligneū vino plenū manu sua pbuit: qđ fortasse in prādio itineris habere potuissent. Ex quo illi quoadusqꝫ rauēnam peruenirent: di-

berunt vt gothi: aliquātis aūt diebus in eadem ciuitate morati sunt: ⁊ vinū qđ a sancto viro acceperāt quotidie in vsum habuerūt. Sicqȝ vsqȝ ad eūdē venerabilē patrē ferētes reuersi sunt: vt nullo die cessarēt bibere: ⁊ tñ eis ui num ex illo vasculo nunq̄ deesset: ac si in illo vase ligneo quod eṗus dederat: vinum non augeretur sed nasceretur.

N Uper quoqȝ de eiusdem loci ptibus senex q̄daȝ clericus aduenit. Qui ea que de illo narrat: silentio non sunt pretermittēda. Nam dicit ꝙ quadam die ingressus hortū: magna hunc eruce multitudine inuenit esse coopertum: qui omne olus deperire conspiciens: ad easdē erucas cōuersus dixit. Adiuro vos in noīe dñi nostri iesu christi recedite hinc: atqȝ hec olera comedere nolite. Que statim ad viri dei uerbum ita oēs egresse sunt: vt ne vna q̄dem itra spatiū horti remaneret. Sed quid mirū ꝙ hec de episcopatus eius tēpore narramus. quādo iaȝ apud omnipotentē deum ordine simul ⁊ moribus creuerat: dum illa magis mirāda sunt que eū hic senex cleric⁹ adhuc puerulus fecisse testaṫ. Nam ait ꝙ eo tempore quo cuȝ mr̄e sua puer habitabat: egressus hospitiuȝ nōnunq̄ sine linea: crebro etiaȝ sine tunica reuertebatur. Quia mox vt nudū quēpiam reperisset: vestiebat hūc: se expoliās: vt se ante dei oculos illius mercede vestiret. Quem mater sua frequēter increpare ↄsueuerat dicens. Quod iustū nō esset vt ipse inops pauperibus vestimenta largireṫ. Que die quadam horreū ingressa pene omne triticū quod sibi i stipendio totius anni parauerat: inuenit a filio suo expēsum paupibus. Cūqȝ se metipsam alapis pugnisqȝ tunderet: ꝙ quasi anni subsidia pdidisset: superuenit bonifacius puer dei: eāqȝ verbis qualibus valuit cōsolari cepit. Que cū nihil cōsolationis admitteret: hāc rogauit vt ab horreo exire debuisset: in quo ex omni eoꝝ tritico parū quid inuentū est remāsisse. Puer autē dei sese illic protin⁹ in orationē dedit. Qui post paululū egressus ad horreū matrē reduxit. Quod ita tritico plenū inuētum est sicut ante plenū non fuerat. Sicqȝ ter illius totius anni sumpt⁹ ⁊ se cōgregasse gaudebat. Quo viso miraculo cōpuncta mater: ipsa iam cepit agere vt daret: q sic celeriter possit que petisset accipere. Hec itaqȝ in hospitẏ sui vestibulo gallinas nutrire ↄsueuerat: sed eas ex vicinitate vulpes veniēs auferebat. Quadā vero die dum in eodem vestibulo puer bonifacius staret: vulpes ex more venit ⁊ gallinaȝ abstulit. Ipse autē cōcitus ecclesiā intrauit: ⁊ se in orationē ꝓsternens aptis vocib⁹ dixit. Placet tibi dñe vt de nutrimento matris mee mādūcare nō possim. Ecce eni galinas quas nutrit: vulpes comedit. Qui ab oratiōe surgens eccl'iaȝ egressus est. Mox autē vulpes redẏt: gallinam quam ore tenebat dimisit: atqȝ ipsa moriens ante eius oculos in terram cecidit. Petrus.

V Alde est mirum ꝙ exaudire preces in se sperātium: etiā in rebus vilibus dignaṫ deus. Gregorius.

H Oc petre ex magna creatoris nostri dispēsatione agitur: vt ꝑ minima que percipimus sperare maiora debeamus. Exauditus nāqȝ est in rebus vilib⁹ puer sanctus ⁊ simplex: ut in paruis disceret quātū de deo ꝓsumere in magnis petitōib⁹ dēret. Petrus.

P Lacet quod dicis.

De fortunato tudertine ciuitatis eṗo. Capitu. x. Gregorius.

A Lius quoqȝ vir vite venerabilis in eisdē partibus fuit, fortunatus

nomine tudertine ecclesie antistes qui in effugādis spiritibus imense virtutis grā pollebat: ita vt nōnunq̄ ab obsessis corporibus legiones demonū pelleret: et cōtinue oratiōis studio intentus: obiectas cōtra se corꝝ multitudines superaret. Huius viri familiarissim⁹ fuit iulianus nostre ecclesie defensor: q̄ ante nō longū tēpus in hac vrbe defunctus est. Cui⁹ ego quoq̄ hoc didici relatiōe quod narro. Quia sepe gestis illius ausu familiaritatis itererat: eiusq̄ post memoriā ad instructionē nostraꝫ q̄si fauū dulcedinē in ore tenebat. Matrona quedam nobilis in vicinis tuscie partibus habebat nurū: que intra breue tēpus quo filiū eius acceperat cū eadē socru sua ad dedicationē oratorij beati sebastiani martyris fuerat inuitata. Nocte vero eadē qua subsequēte die ad dedicatiōeꝫ predicti oratorij fuerat processura voluptate carnis deuicta: a viro suo sese abstinere nō potuit. Cūq̄ mane facto conscientiā deterreret p̄petracta carnis delectatio: processionē vero imperaret verecūdia: plus erubescens vultū hoīum q̄ dei iudicium metuens: cū socru sua ad dedicandum oratorium p̄cessit. Mox vero vt reliquie beati sebastiani martyris oratoriū sunt ingresse: eādem predicte matrone nurū spūs malignus erripuit: et corā omni populo vexare cepit. Eiusdem vero oratorij p̄sbyter dū hāc vehemētissime vexari cōspiceret: ex altari p̄tinēs sindonē tulit: eāq̄ cooperuit. Sed hūc repente simul diabolus inuasit. Et q̄r vltra vires voluit quicq̄ p̄sumere: cōpulsus est cognoscere ī sua vexatiōe q̄d esset. Hi vero q̄ aderāt puellam in manibus ex oratorio sublatā ad domū propriā deportauerunt. Cumq̄ hāc antiquus hostis vexatiōe continua vehemēter attereret: p̄pinqui sui eam carnaliter amātes: atq̄ amādo p̄sequētes ad obtinēdum salutis remediū maleficis tradiderūt: vt eius animā funditus extinguerēt. Cuius carni magicis artibus ad tēpus p̄desse conarent̄. Ducta est itaq̄ ad fluuiū: atq̄ in aquā mersa: ibiq̄ diutinis incātationibus agere malefici moliebātur: vt is qui eā inuaserat diabolus exiret. Sed miro oīpotentis dei iudicio: dū peruersa arte ab ea vnus repellit̄: in eā subito legio intrauit. Cepit ex hoc illa tot motib⁹ agitari tot vocibus clamoribusq̄ p̄strepere: quot spiritibus tenebat̄. Tūc inito cōsilio parentes eius sue p̄fidie culpaꝫ fatētes: hanc ad virū venerabilē fortunatum ep̄m dux rūt: eiq̄ reliq̄runt. Qua ille suscepta multis se dieb⁹ ac noctibus in oratione dedit. Tantoq̄ nisu precibus incubuit: quāto et in vno corpore cōtra se assistere legionis aciē inuenit. Cū nō post multos dies ita sanaꝫ atq̄ incolumē reddidit ac si in eaꝫ ius proprium diabolus nunq̄ habuisset.

Alio quoq̄ tp̄e idem vir oīpotentis dei famulus ex obsesso quodā hoīe imundū spm̄ excussit. Qui malignus spūs cum vesperascēte iaꝫ die secretā ab hoībus horā cerneret: pegrinum quēpiam esse se simulās: circuire cepit ciuitatis plateas et clamare. O virum sanctū fortunatū ep̄m: ecce q̄d fecit. Peregrinū hoīem de hospitio suo expulit. Quero vbi requiescere debeaꝫ: et in ciuitate eius nō inuenio. Tūc q̄daꝫ in hospitio cū vxore sua et paruulo filio ad prunas sedebat. Qui vocē eius audiens: et q̄d ei ep̄s fecerit requirens: hūc inuitauit hospitio: secum sedere iuxta prunas fecit. Cūq̄ vicissim aliqua cōfabularētur: paruulū eius filiū idē malignus spūs inuasit. Atq̄ in eisdē prunis piecit: ibiq̄ mox eius animā excussit. Qui orbatus miser: vel quēm ip

se susceperit: vel quē episcopus expulisset agnouit. Petrus.

Q Uisnā hoc esse dicimus vt occidēdi ausuz in ei⁹ hospitio antiqu⁹ hostis acceperit: q hūc peregrinū estimās ad se hospitalitatis grā vocasset.

M Ulta petre videnī bo- Grego. na sed non sunt: qꝛ bono aīo non fiunt. Unde in euāgelio veritas dicit. Si oculus tuus nequā fuerit: totū corpus tuū tenebrosum erit. Quia cū peruersa est intētio que pcedit: prauū est oē opus qd̄ seqtur q̄uis rectū esse videat. Ego nāqꝫ hunc virū qui dū quasi hospitalitatē exhiberet orbat⁹ est: nō pietatis ope delectatū estimo: sed epi derogatiōe. Nā pena subseqūes innotuit: qꝛ precedēs illa susceptio sine culpa nō fuit. Sunt nāqꝫ nōnulli q idcirco bona facere studēt: vt gratiam aliene operatiōis obnubilēt. Nec pascunt̄ bono qd̄ faciūt: sed laude boni qua ceteros premūt. Qua de re existimo hunc virū qui malignum spm̄ in hospitalitate suscepit ostētationi potius incēdisse q̄ʒ operi: vt meliora q̄ʒ eps fecisse videret: quatenus ipse susciperet eū quem vir dn̄i fortunatus expulisset. Petrus.

V T dicitur ita est. Nam finis operis probat q̄ mūda intētio ī operatione non fuerit. Gregorius.

A Lio aūt tpe dum oculoꝝ quidam lumē amisisset. Ad hūc deductus intercessiōis eius opē petyt ꝛ impetrauit. Nam cū vir dei oratiōe facta eius oculis signū crucis imprimeret: ab eis ptinus luce reddita: nox cecitatis abscessit. Preterea equ⁹ cuiusdaz militis in rabiē fuerat versus: ita vt a multis vix teneri posset. Sed quoscūqꝫ potuisset inuadere: eoꝝ mēbra morsibus dilaniaret. Tūc vtcūqꝫ a multis ligat⁹ ad virū dei deductus est. Qui mox vt ei⁹ capit extēsa manu signū crucis dedit: cunctā eius rabiem in māsuetudinem mutauit: vt mitioꝛ postea existeret q̄ʒ ante illā vexaniā fuisset. Tunc idē miles equū suū quē celerrimo miraculi īperio: a sua vexania vidit īmutatuz: eidem sancto viro decreuit offerendum. Quē cum suscipe ille renueret: ipse vo in precib⁹ ne despiceret̄ eius oblatio pseueraret: sanct⁹ vir mediā duaꝝ ptiuz viaz tenēs: ꝛ petitionē militis audiuit: ꝛ minus suscipe pro exibita virtute recusauit. Prius nāqꝫ dignū preciū prebuit: ꝛ post equū qui sibi offerebat̄ accepit. Quia eni si nō susciperet eū contristari cōspexerat: charitate cogente emit qd̄ necessariū nō habebat. Neqꝫ hoc silere de huius viri virtutibus debeo: q̄ ante dies fere duodeci agnoui. Quidā nāqꝫ ad me deductus est senex pauper: atqꝫ vt mihi senum collocutio esse semp amabilis solet: studiose hunc vnde esset ingsiui. Qui se de tudertina ciuitate esse rn̄dit. Cui inquā. Queso te pater: fortunatum epm nosti. Qui ait. Noui: ꝛ bn̄ noui. Tunc ipse subiunxi. Dic rogo si qua illi⁹ miracula cognouisti: ꝛ desiderāti mihi qualis vir fuerit īnotesce. Qui ait. Homo ille longe fuit ab istis hominibus quos videm⁹ modo. Nam quicqd ab oīpotēte deo petyt: ita dum peteret impetrauit. Cuius hoc vnum narro miraculuz: quod ad presens animo occurrit.

Q Uadam nāqꝫ die gothi iuxta tudertinā ciuitatē venerūt q ad partes rauēne properabāt. Sed duos paruulos puerulos de possessiōe abstulerāt: que possessio presate tudertine ciuitati subiacebat. Hoc cū viro sanctissimo fortunato nūciatum fuisset: ptinus misit: atqꝫ eosdē gothos ad se fecit euocari. Quos blādo sermone alloquēs: eoꝝ pri⁹ asperitatē studuit placare: ꝛ post intulit dicēs. Quale vultis preciū da-

bo: ꝛ puerulos quos abstulistis reddite: mihiqꝫ hoc vestre grẽ mun⁹ pbete. Tũc is qui prior eoꝝ esse videbat̃: rn̄dit dicens. Quicqd aliud pcipis facere parati sum⁹. Nam istos pueros nullaten⁹ reddimus. Cui venerãdus vir blãde minatus est dicẽs. Cõtristas me fili: ꝛ nõ audis patrẽ tuũ. Noli me cõtristare: nec expedit tibi alr: ne nõ expediat. Sed idẽ gothus in cordis sui feritate permanẽs: negando discessit. Die vero altera digressurus rursus ad epꝫ venit: quẽ eisdez verbis ꝓ pdictis puerulis iterũ eps rogauit. Cũqꝫ ad reddẽdum nullo modo ꝯsentire voluisset: cõtristatus eps dixit. Scio qꝛ tibi nõ expedit ꝙ me cõtristato discedis. Que ꝟba gothus despexit: atqꝫ ad hospitium reuersus eosdẽ pueros de qb⁹ agebatur equis supimpositos cũ suis hoibus premisit. Ipse ꝟo statim ascẽdẽs equũ subsecutus est. Cũqꝫ in eandẽ ciuitatez ante beati petri apli ecclesiã venisset: eq eius pes lapsus est: qui cũ eo corruit: ꝛ eius mox coxa cõfracta est: ita vt in duab⁹ partibus os est diuisum. Tũc leuatus in manib⁹ reductus ad hospitiũ est. Qui festin⁹ misit ꝛ pueros quos pmiserat reduxit: ꝛ viro venerabili fortunato mãdauit dicẽs. Rogo te pater mitte ad me diaconẽ tuũ. Cui⁹ diaconus dũ ad iacẽtẽ venisset: pueros quos redditurũ se epo oio negauerat ad mediũ deduxit: eosqꝫ diacono illius reddidit dicẽs. Uade: ꝛ dic dño meo epo: qꝛ maledixisti mihi: ecce pcussus sum. Sed pueros quos quesisti recipe: ꝛ ꝓ me rogo intercede. Susceptos itaque puerulos ad epm diacon⁹ reduxit. Cui bñdictã aquã venerabilis fortunatus stati dedit dicẽs. Uade citi⁹: ꝛ eaz sup iacẽtis corp⁹ pice. Perrexit itaqꝫ diacon⁹: atqꝫ ad gothũ introgressus bñdictã aquã sup lectũ ꝛ sup mẽbra illi⁹ aspsit. Res mira ꝛ vehemẽter stupenda: mox vt aq̃ bñdicta gothi coxaz ꝯtigit: ita ois fractura solidata ẽ ꝛ saluti pstine coxa rstituta: vt hora eadẽ de lecto surgeret: ꝛ ascẽso eq̃ ita iter ageret ceptũ: acsi nullã vnqꝫ lesionẽ corpis ptulisset. Factũqꝫ ẽ vt q scõ viro fortunato pueros cũ pcio reddere obediẽtia subiect⁹ noluit: eos sine pcio pena subact⁹ daret. His igr̃ expletis: studebat adhuc senex de eo ꝛ alia narrare. Sꝫ qꝛ nõnulli aderãt ad q̃s exhortãdos occupabar: Jãqꝫ diei tardior hora icubuerat: fcã venerabił fortunati diu mihi audire nõ licuit q̃ audire si liceat sp volo. Sed die alio idẽ senex rem de illo magis adhuc mirabilẽ narrauit dicens. In eadẽ tudertina vrbe marcellus qdã bone actiõis vir: cũ duab⁹ sororib⁹ suis hitabat Qui eueniẽte molestia corpis ipso sacratissimo vespascẽte iã sabbato pascali defunct⁹ est. Cui⁹ corpus cũ lõgius esset efferẽdum: die eodẽ sepeliri nõ potuit. Cũqꝫ mora esset tpis ad explẽduz debitũ sepulture: sorores ei⁹ morte illius afflicte cucurrerũt flẽtes ad venerabilẽ fortunatũ: eiqꝫ magnis vocibus clamare ceperũt. Scim⁹ qꝛ aploꝝ viã tenes: leprosos mundas: cecos illuminas: veni ꝛ resuscita mortuũ nr̃m. Qui mox vt eaꝝ fratrẽ cognouit defunctũ: flere ẽt ipse de morte illi⁹ cepit: eisqꝫ respõdit dicẽs. Recedite ꝛ hec dicere nolite: qꝛ iussio oipotẽtis dei est: cui ꝯdicere nullus hoiuz põt. Illis itaqꝫ discedẽtib⁹: tristis ex morte ei⁹ mansit eps. Subsequẽti aũt die dñico ante exurgẽtis lucis crepusculuz vocatis duob⁹ diaconib⁹ suis perrexit ad domũ defũcti. Accessit ad locũ vbi iacebat corp⁹ exaĩe: ibiqꝫ se ĩ orõnẽ dedit. Expleta aũt pce surrexit: ꝛ iuxta corp⁹ defuncti sedit. Nõ aũt grãdi voce defunctum per nomẽ vocauit dicẽs. Frater marcelle.

Ille autem ac si leniter dormiēs ad vicinā vocem quāuis modicā fuisset excitatus: statim oculos aperuit: atque ad epm̄ respiciēs dixit. O qd fecisti. O qd fecisti. Cui eps rn̄dit dicens. Quid feci. At ille ait. Duo hesterno die venerūt qui me eycientes ex corpore in bonum locū duxerūt. Hodie aūt vnus missus est qui dixit: Reducite eū: qꝛ fortunatus eps in domū illius venit. Quibus expletis verbis mox ꝛ ex infirmitate cōualuit: ꝛ in hac vita diutius mansit. Nec tamē credendū est qꝛ locū quē acceperat perdidit. Quia dubiū nō est qꝺ intercessoris sui precibus potuit post mortē melius viuere: q̄ ꝛ ante mortem studuit oipotēti deo placere. Sꝫ cur multa de eius vita dicimus: cū nunc vsque ad corpus illius tot virtutū documenta teneamus. Demoniacos qppe absoluere: egros curare: Quotiēs ex fide petitur: vt viuēs cōsueuerat: hoc indesinēter facere: ꝛ apud mortua sua ossa perseuerat. Sed libet petre adhuc ad valerie prouincie partes narratiōis mee verba reducere. De qbus me eximia valde miracula ex ore venerabilis fortunati. Cuius longe superius memoriaꝫ feci: cōtigit audisse. Qui crebro ad me nunc vsqꝫ veniēs dum facta mihi veterum narrat noua refectōe me satiat.

De martino monacho puincie valerie. Capitu. xi.

Quidaꝫ nāqꝫ in eadē puincia martinus noīe deuotus valde oipotētis dei famulus fuit: qui hoc de virtutis sue testimonio signū dedit. Dū quadam die fratres illius subcinericiū panem fecissent: eiqꝫ obliti essent signum crucis iprimere: sicut in hac prouincia crudi panes ligno signari solēt: vt per quadras quattuor ptiti videātur. Ideꝫ dei famulus affuit eisqꝫ referētibus signatū nō fuisse cognouit. Cūqꝫ iaꝫ panis ille prunis esset ꝛ cineribus coopertus dixit: Quare hūc minime signastis. Qui hoc dicēs: signū crucis digito contra prunas fecit. Quo signāte protinus immēsum crepitū panis dedit ac si ingēs in ignibus olla crepuisset. Qui dū coctus postmodū fuisset: ab igne subtractus: ea cruce signatus inuētus est: quā non cōtactus sed fides fecerat. De seuero presbytero puincie. Capi. xij.

In eo etiā loco qui interorina vallis dr̄: que a multis verbo rustico interocrina noiatur. In qua erat qdam vir vite valde admirabilis nomine seuerus: ecclesie beate marie dei genitricis ꝛ semp virginis sacerdos. Hūc cū quidā paterfamilias ad extremum venisset diē: missis cōcite nūcijs rogauit vt ad se quātocius veniret: suiqꝫ orationibus p peccatis eius intercederet: vt acta de malis suis pnia solutus culpa ex corpore exiret. Qui videlꝫ sacerdos inopinate cōtigit vt ad putādā vineā esset occupatus: atqꝫ ad se veniētibus diceret. Antecedite. Ecce ego vos subsequor. Cūqꝫ videret sibi in eodem ope parū aliquid supesse: paululum morā fecit: vt opus qꝺ minimuꝫ restabat expleret. Quo expleto: cepit ad egrū pgere. Eūti vero in itinere occurrētes q prius venerāt: obuiaꝫ facti sunt dicētes: Quare tardasti pater: noli fatigari qꝛ iaꝫ defunctus est. Quo audito ille cōtremuit: magnisqꝫ vocibus se intefectorē illius clamare cepit. Flens itaqꝫ puenit ad corpus defuncti: seqꝫ corā lecto illius cū lachrymis in terraꝫ dedit. Cūqꝫ vehemēter fleret: in terrā caput tūderet: seqꝫ reū mortis illius clamaret: Repēte is q defunctus fuerat animā recepit. Quod dū multi qui circūastabant aspicerēt admiratiōis vocibus emissis ceperūt amplius pre gaudio flere. Cūqꝫ eū requirerēt vbi fue-

rit vl quo redisse ait. Tetri valde erāt hoīes qui me ducebāt: ex quorū ore ac naribus ignis exibat: quē tolerare non poterā. Cūq̃ per obscura loca me ducerēt: subito pulchre visiōis iuuenis cū alijs nobis eūtibus obuiā fact⁹ est: qui me trahētibus dixit. Reducite illū: q̄r seuerus p̄sbyter plāgit: eius enī eū lachrymis dn̄s donauit: Qui. s. seuer⁹ p̄sbyter ptinus de terra surrexit: eiq̃ penitentiā agenti opē sue intercessiōis p̄buit. Et dū per dies septē de pp̄etratis culpis pniam eger rediuiu⁹ ageret: octauo die letus de corpe exiuit. Perpēde queso hūc de quo loqmur seuerū q̄ dilectum dn̄s attēdit: qm̄ cōtristari nec ad modicum pertulit. Petrus.

A Dmirāda sunt valde hec que me inuenio nūc vsq̃ latuisse. Sed qd esse dicimus: q̄ tales viri modo nequeunt inueniri. Gregorius.

E Go petre multos tales in hoc seculo nec mō deesse existimo. Neq̄ enī si talia signa nō faciūt: ideo tales nō sunt. Uite nāq̃ vere estimatio i virtute est operū: nō in ostēsiōe signorum. Nā sunt pleriq̃ q̄ signa nō faciunt: signa tm̄ faciētib⁹ dispares nō sūt. Petr⁹

U Nde mihi rogo hoc ostēdi pōt q̄ sint quidā qui signa nō faciunt et tm̄ faciētib⁹ dissimiles nō sunt. Grego.

N Ungdnā nescis qm̄ paulus ap̄lus petro ap̄lor̄ primo in principatu apostolico frater est. Petrus.

S Cio plane: nec dubium est: q̄ ⁊ si minimus est omniū apostolor̄ tamen plus oībus laborauit. Greg.

Q Uod ip̄e bn̄ reminisceris petrus in mari pedib⁹ ambulauit: paulus in mari naufragiū pertulit. En in vno eodēq̃ elemēto ibi paulus ire cū naue nō potuit: vbi petrus pedib⁹ iter fecit. Apte igitur cōstat: q̄ cū vtriusq̃ virtus fuerit dispar in miraculo: vtriusq̃ tamē meritū dispar nō est i celo.

P Lacet fateor oio qd̄ dicis. Ecce aperte cognoui: q̄ vita nō signa querēda sunt. Sed qm̄ ipsa signa que fiūt bone vite testimoniū ferūt: q̄so adbuc siq̄ sunt referas vt esuriētē me p exēpla bonor̄ pascas. Grego.

V Elim tibi in laudibus redēptoris de viri venerabilis bn̄dicti miraculis aliq̄ narrare. Sz ad hec explēda: hodiernū tp̄s video nō posse sufficere. Liberius itaq̃ h̄ loquemur: si aliud exordiū sumam⁹. Explicit liber prim⁹.

¶ Incipit liber secundus.

f Uit vir vite venerabilis gr̄a bn̄dictus ⁊ nomine. Ab ipso pueritie sue tpe cor gerēs senile. Etatē q̄ppe moribus transiēs: nulli animū voluptati dedit. Sed dū in hac terra adhuc esset: quo tpaliter libere vti potuisset: despexit iam quasi aridū mūdum cū flore. Qui liberiori genere ex p̄uincia nursia exortus: rome liberalibus lr̄arum studijs traditus a parentibus fuerat. Sed cū in eis multos ire p abrupta vicior̄ cerneret: eum quē quasi in ingressum mūdi posuerat retraxit pedē. Ne si quid de sciētia eius attingeret: ipse quoq̃ postmoduz in īmane precipitiū totus iret. Despectis itaque lr̄arum studijs: relicta domo rebusq̃ patris: soli deo placere desiderās sancte cōuersationis habitū q̄siuit. Recessit igit̄ scienter nescius: ⁊ sapiēter indoctus. Huius ergo oīa gesta non didici: sed pauca que narrabo. Quattuor discipulis suis referētibus agnoui: Constātino scz reuerētissimo valde viro: q ei in monasterij regimine successit. Ualentiniano quoq̃ q multis annis lateranēsi monasterio p̄fuit. Simplicio autē qui cōgregationē illius post eum ter-

tutis rexit. Honorato etiam qui nūc cel le eius in qua prius cōuersatus fuerat: preest.

De capisterio fracto et consolidato. Capi.i.

Hic itaque cū iam relictis lrārum studijs petere deserta decreuisset: nutrix que hūc artius amabat: sola secuta est. Cūque ad locū venisset q effide dr: multisque honestioribus viris charitate se illic detinētibus in btī petri ecclesia demorarētur: pdicta nutrix illius ad purgandū triticū: a vicinis mulieribus pstari sibi capisterium petijt. Qd super mēsam incaute derelictū casu accidēte fractū est: sicque vt in duabus partibus inueniretur diuisum. Qd mox vt rediens nutrix illius inuenit: vehemētissime flere cepit: quia vas qd prestitū acceperat fractū videbat. Bñdictus autē religiosus et pius puer cū nutricem suā flere cōspiceret: eius dolori cōpassus: oblatis secū vtrisque fracti capisterij ptibus: sese cū lachrymis in orationē dedit. Qui ab oratiōe surgens: ita iuxta se vas sanū repperit vt in eo fracture inueniri vestigia nulla potuissent. Mox aūt nutricem suā blande cōsolatus: ei sanum capisteriū reddidit qd fractum tulerat. Que res in loco eodē a cūctis est cognita: atque in tāta admiratōe habita: vt hoc ipm capisteriū eius loci incole in ecclesie ingressu suspenderent. Quatenus et pñtes et futuri oēs agnoscerēt: benedictus puer cōuersiōis gratiam a q̄ta perfectiōe cepisset. Quod annis multis illic ante oculos omnium fuit: et vsque ad hec lōgobardorum tēpora sup fores ecclesie pepēdit. Sed benedictus plus appetēs mala mūdi pperti q̄ laudes: atque plus pro deo laboribus fatigari: q̄ vite huius fauoribus extolli: nutricem suā occulte fugiēs deserti loci secessum petijt: cuius sublatus vocabulum est. Qui a romana vrbe q̄draginta fere miliaribus distans: frigidas atque perspicuas emanat aquas. Que illic videlz aquarum abundātia: in extenso prius lacu colligitur. Ad postremum vero in omnē deriuatur. Quo dum fugiens pergeret: monachus quidam romanus noīe hunc euntē repperit: quo tenderet requisiuit. Cuius cum desideriū agnouisset: et secretū tenuit et adiutoriū impendit: eique sancte cōuersationis habitum tradidit: et inquātum licuit ministrauit. Uir aūt dei ad eūdem locum perueniēs: in artissimo specu se tradidit: tribusque ānis excepto romano monacho hominibus incognitus mansit. Qui videlz romanus nō longe in monasterio sub deodati regula degebat. Sed pie eiusdē patris sui oculis furabatur horas: et quē sibi ad manducādū surripere poterat: diebus ceteris benedicto panē ferebat. Ad eūdem vero specū a romani cella iter non erat: quia excelsa desuper rupes eminebat. Sed ex eadē rupe in longissimo fune religatū romanus deponere panē consueuerat. In quo etiā resti paruū tintinabulum inseruit: vt ad sonū tintinabuli vir dei cognosceret: quādo sibi romanus panē preberet quē exiens acciperet. Sed antiquus hostis vnius charitati inuidēs alterius refectionē: cum quadam die submitti panē cōspiceret: iactauit lapidē et tintinabulum fregit. Romanus tamē modis cōgruentibus ministrare nō desijt. Cum vero iā omnipotēs deus et romanum vellet a labore quiescere: et benedicti vitā in exemplo hominibus demōstrare: vt posita super candelabrū lucerna clarescere: quatenus omnibus qui i domo dei sunt luceret. Cuidā presbytero lōgius manēti: qui refectionē sibi in pascali festiuitate preparauerat: per visum dominus apparere dignatus est dicens.

Tu tibi delitias preparas: et seruus meus illo in loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit: atq; in ipsa solẽnitate pascali cum alimẽtis que sibi preparauerat: ad locum tetẽdit. Et virũ dei per abrupta mõtium: per cõcaua vallium: per defossa terrarũ quesiuit: eũq; latere in specu repperit. Cũq; oratiõe facta et benedicẽtes omnipotentẽ dominum cõsedissent. Post dulcia vite colloquia: his qui aduenerat presbyter dixit. Surge et sumamus cibũ: quia hodie pasca est. Cui vir dei respõdit dicens: Scio q pasca est: quia te videre merui. Longe quippe ab hominibus positus: q die eodẽ pascalis esset solẽnitas ignorabat. Uenerabilis autẽ presbyter rursus asseruit dicẽs. Ueraciter hodie resurrectiõis dñice pascalis dies est: abstinere tibi minime cõgruit. Quia et ego ad hoc missus sũ: vt dona oĩpotentis dei pariter sumamus. Bñdicentes igitur deũ sumpserũt cibum. Expleta itaq; refectione et colloquio ad ecclesiã presbyter recessit.

Eodẽ quoq; tpe hunc in speculatitantẽ: etiã pastores inuenerũt: quẽ dum vestitũ pellibus inter frutecta cernerẽt: aliquã bestiam esse crediderũt. Sed cognoscẽtes dei famulũ: eorũ multi ad pietatis gratiã a bestiali mẽte mutati sunt. Nomẽ itaq; eius per vicina loca cunctis innotuit. Factũq; est vt ex illo iam tpe a multis frequentari cepisset qui cũ ei cibos deferrẽt corporis: ab eius ore in suo pectore alimenta referebant vite.

De tẽptatione carnis superata. Capi. ij.

Quadã vero die dũ solus esset: tẽptator affuit. Nã nigra paruaq; auis que vulgo merula vocat: circa eius faciẽ volitare cepit: eiusq; vultui importune insistere: ita vt capi manu potuisset: si hãc vir scũs tenere voluisset. Sed signo crucis edito recessit auis. Tãta aũt carnis tẽptatio aue eadẽ recedẽte secuta est: qntam vir scũs nunq fuerat exptus. Quãdã nãq; aliqñ feminã viderat: quã malignus spũs añ eius mẽtis oculos reduxit: tãtoq; igne serui dei animũ in specie illius accẽdit vt se in eius pectore amoris flãma vix caperet. Sed et pene deserere heremũ voluptate victus deliberaret. Cũ subito supna respectus: ad semetipsũ reuersus est: atq; vrticarũ et vepriũ iuxta densa succrescere frutecta cõspiciens: exutus indumẽto nudũ se in illis spinarũ aculeis: et vrticarũ incẽdijs proiecit. Ibiq; diu volutatus toto ex eis corpore vulneratus exijt: et per cutis vulnera eduxit a corpe vulnus mẽtis: q voluptatẽ carnis traxit in dolorẽ. Cũq; penalr bene arderet foris: extinxit qđ illicite ardebat intus. Uicit itaq; peccatũ: q mutauit incendiũ. Ex quo videlz tpe: sicut post discipulis suis ipse phibebat: ita in illo est tẽptatio voluptatis edomita: ut tale in se aliqd minime sentiret. Ceperũt postmodũ multi iã mũdũ relinquere: atq; ad eius magisteriũ festinare: liber qppe a tẽptatõis vicio: iure iã factus ẽ virtutũ magr. Uñ et p moysen pcipit vt leuite a vigitiqnq; annis et supra ministrare debeãt. Ab ãno vo qnquagesimo: custodes vasorũ fiant. Petrus.

Nam qdẽ plati testimonij mihi aliquãtũ intellectus ĩterlucet. Sed tñ hoc plenius postulo exponi. Greg.

Liquet petre q in iuuẽtute carnis tẽptatio feruecat. Ab ãno aũt qnqgesimo: calor corpis frigescat. Uasa ãt sacra: sũt fideliũ mẽtes. Electi g cũ adhuc in tẽptatõe sunt: subeẽ vo ac fuire necesse ẽ: et obsequijs laboribusq; fatigari. Cũ vo iã mẽtis etate tranqlla calor recesserit tẽptatõis: custodes vasorũ sunt: q doctores aiarũ fiunt. Petrus.

FAteor: placet qd dicis. Sed quia plati testimonij clausa reserasti: queso vt de vita iusti debeas ea q̄ sunt inchoata pcurrere. De ampulla vitrea signo crucis rupta. Ca. iij. Grego.

Ecedēte igitur tēptatiōe vir dei quasi spinis erutis: exculta terra de virtutū segete feracius fructū dedit. Preconio igit̄ eximie cōuersationis: celebre nomē eius habebat̄. Non lōge aūt monasteriū fuit: cuius ꝯgregatiōis pater defunctus est. Omisqꝫ ex illo cōgregatio ad eūdem venerabilē benedictū venit: ꝛ magnis pcibus vt eis pesse deberet petijt. Qui diu negando distulit: suis illorūqꝫ fratrū moribꝰ cōuenire nō posse predixit. Sed victus quoqꝫ precibus: assensum dedit. Cūqꝫ in eodē monasterio regularis vite custodiā teneret: nulliqꝫ vt prius pactus illicitos in dexterā leuāqꝫ partē deflectere a cōuersationis itinere liceret: Suscepti fratres insane seuiētes: semetipsos prius accusare ceperūt: qꝛ hunc sibi pesse poposcerāt: quorū scilꝫ fortitudo in normā eius rectitudinis offēdebat. Cūqꝫ sibi cōspicerent sub eo illicita nō licere: ꝛ se dolerēt assueta relinquere: durūqꝫ esset qꝫ in mēte veteri cogebātur noua meditari: sicut prauis moribꝰ semper grauis est vita bonoꝝ: tractare de eius aliquid morte conati sunt. Qui inito cōsilio venenū vino miscuerūt: ꝛ cum vitreū vas in quo ille pestifer potus habebat̄: recūbenti patri ex more monasterij ad būdicendū fuisset oblatum: Bn̄dictus extēsa manu signū crucis edidit: ꝛ vas qd longius tenebat̄ eodem signo rupit. Sicqꝫ cōfractū est: ac si in illo vase mortis p cruce lapidem dedisset. Intellexit ptinus vir dei: quia potū mortis vas habuerat: qd portare nō potuit signū vite. Atqꝫ ilico surrexit: ꝛ vultu placido: mēte trāquilla: cōuocatos fratres allocutus ē dicens: Misereat̄ vestri fratres oīpotēs deꝰ. Quare in me ista facere voluistis. Nūquid nō prius dixi: qꝛ vestris ac meis moribꝰ minime cōueniret. Ite ꝛ iuxta mores vestros vobis patrē querite: qꝛ me post hec habere minime potestis. Tunc ad locū dilecte solitudinis redijt: ꝛ solus in superni inspectoris oculis habitauit secum. Petrus.

MInus patenter intelligo: quidnaꝫ habitauit secum. Gregorius.

SI sanctus vir cōtra se vnanimiter cōspirātes: sueqꝫ cōuersationi longe dissimiles coactus diu sustinere voluisset: fortasse sui vigoris visum et modū tranquillitatis excederet: atqꝫ a cōtēplationis lumine mētis sue oculuꝫ declinasset. Dūqꝫ quotidie illoꝝ incorrectiōe fatigatus minꝰ curaret sua: ꝛ se forsitan relinqueret: ꝛ illos nō inueniret. Nā quotiens per cogitatōis motū nimie extra nos ducimur: ꝛ nos sumus ꝛ nobiscum nō sumus: qꝛ nosmetipsos minime vidētes per alia vagamur. An illum secū fuisse dicimus: qui in lōginquā regionē abijt: portioneꝫ quā acceperat cōsumpsit. Uni in ea ciuiū adhesit: porcos pauit: quos ꝛ māducare siliquas videret ꝛ esuriret. Qui tamē cū postmodū cepit cogitare bona q̄ pdiderat: sicut scriptū de illo est: qꝛ portionē quā acceperat cōsumpsit In se reuersus dixit. Quāti mercenarij ī domo patris mei abūdant panibus. Si igit̄ secū fuit: vn̄ ad se redijt. Hūc ergo venerabilē secū habitasse dixerim: qꝛ in sua semp custodia circūspectꝰ: an̄ oculos cōditoris se semp aspiciēs: semper examinans extra se mētis sue oculum non diuulgauit. Petrus.

QUid ergo de petro aplo scriptuꝫ est: dū de carcere ab angelo eductus fuisset: q ad se reuersus dixit. Nūc

scio vere qr misit dñs angelū suū: et eripuit me de manu herodis: et de oī expectatiōe plebis iudeorum. Grego.

D Uob⁹ modis petre extra nos ducimur: qr aut p cogitatiōis lapsum sub nosmetipsos recidim⁹. Aut p contēplatiōis gratiā sup nosmetipsos leuamur. Ille itaq3 q porcos pauit: vagatiōe mētis et imūditie sub semetipm cecidit. Iste vo quez angelus solū eiusq3 mentē in extasi rapuit: extra se qdē: s3 sup semetipm fuit. Uterq3 ergo ad se redijt: qñ et ille ab errore opis se collegit ad cor: et ille a ɔtēplatiōis culmine ad hoc redijt qd intellectu cōi et prius fuit. Uenerabilis igit būdict⁹ in illa solitudine habitauit secū: inq̄ztū se intra cogitatōis claustra custodiuit. Nā quotiēscūq3 hūc ɔtēplatiōis ardor in altum rapuit: se pculdubio sb se reliqt. Petr⁹

P Lacet qd dicis: sed queso rñdeas si deserere fratres debuit quos semel suscepit. Gregorius.

V T ego petre existimo ibi adunati eq̄nimiter portādi sunt mali: vbi inueniunt aliq qui adiuuētur boni. Nā vbi oimodo fructus de bonis deest: fit aliqñ de malis labor supuacu⁹. Maxime si e vicino cāe suppetāt que fructū deo valeāt ferre meliorem. Uir itaq3 scūs ppter quē custodiendū staret: qui oēs vnanimiter se psequētes cerneret. Et sepe agit in aio perfectoz qd silentio pretereūdum nō est. Quia cū laborē suū sine fructu esse cōsiderāt: i loco alio suū sine fructu esse cōsiderāt: i loco alio ad laborē cū fructu migrāt. Unde ille quoq3 egregius pdicator: qui dissolui cupit et cum xpo esse: cui viuere xps est et mori lucrū: qui certamina passionum nō solum ipse appetit: sed ad tolerāda hec et alios accēdit. Damasci psecutōez passus: vt potuisset euadere murū finem sportāq3 quesiuit: seq3 latēter deponi voluit. Nūquidnā paulū mortez dicim⁹ timuisse: quā seipse p iesu amore testat appetere. Sed cū in eodē loco minorē sibi fructū ad esse conspiceret et grauē laborē: se alibi ad laborem cū fructu seruauit. Fortis eteni pliator dei teneri intra claustra noluit: certaminis campū quesiuit. Unde idē quoq3 venerabilis bñdictus si libēter audis citius agnoscis: qr viuos tot ipse indocibiles deseruit: quot in locis alijs ab anime morte suscitauit. Petrus.

I Ta esse vt doces: et manifesta ratio et prolatū congruū testimoniū declarat. Sed queso vt de vita tāti patris ad narratōis ordinē redeas. Greg.

De monacho vage mentis ad salutem reducto. Capi. iiij.

C Um sanctus vir diu in eadē solitudine virtutib⁹ signisq3 succresceret: multi ab eo in loco eodē ad oipotētis dei sunt seruitiū ɔgregati. Ita vt illic duodeci monasteria cum oipotentis iesu xpi dñi opitulatione ɔstrueret. In qbus statutis patribus duodenos monachos deputauit: paucos vero secū retinuit: quos adhuc in sua presentia aptius erudiri iudicauit. Cepere etiā tunc ad eū romane vrbis nobiles et religiosi cōcurrere: suosq3 ei filios oipotēti dño nutriendos dare. Tūc quoq3 bone spei suas soboles euthichi⁹ maurū: tertulius vero patricius placidum tradidit. E qbus maurus iunenior cū bonis polleret mor bus magistri adiutor cepit existere. Placidus vero puerulus adhuc indolis annos gerebat.

I N vno autē ex eis monasterijs q circūquaq3 cōstruxerat: quidam monachus erat qui ad oratiōnē stare nō poterat. Sed mox vt se fratres ad oratiōis studium inclinarēt: ipse egrediebatur foras: et mente vaga terrena aliqua et trāsitoria agebat. Cūq3 ab abbate suo sepius fuisset ammonitus: ad

26.

virum dei deductus est: qui ipse quoq3 eius stulticiā vehementer increpauit: ⁊ ad monasteriū reuersus vix duobus dieb' viri dei āmonitiōem tenuit. Nā die tertio ad vsū3 ꝑpriū reuersus: vagari tpe oratiōis cepit. Quod cū sermo dei ab eodē monastery patre que3 cōstituerat nūciatū3 fuisset dixit. Ego venio: eūq3 per memetipm emendo. Cūq3 vir dei venisset in eodē monasterio: ⁊ ꝯstituta hora expleta psalmodia sese fratres in oratione dedissent: aspexit ⁊ vidit q eūdem monachū qui manere in oratōe nō poterat: quidā niger puerulus per vestimēti fimbriā foras trahebat. Tunc eidē patri monastery pōpeiano noīe: ⁊ mauro dei famulo secreto dixit. Nūquid nō aspicitis qs ēst iste q hunc monachū foras trahit. Qui rñdentes dixerunt: nō. Quib' ait. Oremus: vt ⁊ vos etiā videatis quem iste monachus seqtur. Cūq3 per biduū esset oratū maurus monach' vidit: Pōpeianus autē eiusdē monastery pater videre nō potuit. Die igit alia expleta oratiōe: vir dei oratoriū egressus stante3 foris monachū repperit. Quē pro cecitate cordis sui virga percussit. Qui ex illo die nihil persuasiōis vlterius a nigro iam puerulo ꝑtulit. Sed ad orationis studiu3 imobilis ꝑmāsit. Sicq3 antiquus hostis dominari nō ausus est in eius cogitatiōe: acsi ipse ꝑcussus fuisset ex verbere.

De aqua in montis vertice ex petra producta. Capitu. v.

Ex his autē monastery que ī eodem cōstruxerat loco: tria sursū3 in rupibus montis erāt. Et valde erat fratribus laboriosum semper ad lacu3 descēdere: vt aquā haurire debuissent. Maxime quia ex deuexo montis latere erat graue descēdentibus in timore periculū. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monastery: ad dei famulum benedictū venerūt dicētes. Laboriosum nobis est ꝑpter aquā quotidie vsq3 ad lacum descēdere: ⁊ idcirco necesse est ex eodē loco mōasteria mutari. Quos blande cōsolatos dimisit: ⁊ nocte eadē cum paruo puerulo nomine placido cuius superius memoriam feci: eiusdē montis ascendit rupē: ibiq3 diutius orauit: ⁊ oratōe completa tres petras in loco eodē pro signo posuit. Atq3 ad suū cunctis illic nesciētib' monasteriū redyt. Cūq3 die alio ad eum pro necessitate aque predicti fratres redissent: dixit. Ite ⁊ rupem illā in qua tres super inuicē positas petras inueneritis in modico cauate. Ualet oīpotens deus etiam in illo montis cacumine aquā producere: vt vobis labore3 tāti itineris dignetur auferre. Qui eūtes rupem montis quē bn̄dictus ꝑdixerat: iam sudantē inuenerūt. Cūq3 in ea cōcauum locū fecissent stati aqua repletus est. Que tam sufficiēter emanauit: vt nunc vsq3 vbertim diffluat: atq3 ab illo montis cacumine vsq3 ad inferiora deriuetur.

De ferro ex ꝑfundo aq̄ ad manubriū reuerso. Ca. vi

Alio quoq3 tempore gothus quidam pauper spiritu ad cōuersionem venit: quē vir domini benedict' libentissime suscepit. Quadam vero die ei dari ferramētum iussit: quod ad falcis similitudinē fal castru3 vocatur: vt de quodam loco vepres absciderret: quatenus illic fieri deberet hort'. Locus autem ipse quē mundādum gothus susceperat super ipsam laci ripa3 iacebat. Cūq3 gothus idem densitate3 veprium totius virtutis annisu succideret: ferrum de manubrio prosiliens in lacum cecidit: vbi scilicet tanta erat aquarū profunditas: vt spes requirendi ferramēti nulla ia3 esset. Itaq3 fer-

ro perdito tremebūdus ad maurum monachum cucurrit gothus dānuz qđ fecerat nunciauit: ⁊ reatus sui egit penitētiam. Quod maurus quoqȝ monachus mox benedicto dei famulo curauit indicare. Uir igitur domini benedictus hec audiēs accessit ad locum: tulit de manu gothi manubriū ⁊ misit in lacum. Et mox ferrū de profundo redijt: atqȝ in manubrium intrauit. Qui statim ferramētum gotho reddidit dicens. Ecce labora ⁊ noli contristari.

De eius discipulo qui sup aquam pedibus ambulauit. Capitu. vij.

Quadam vero die dum idē venerabilis benedictus in cella cōsisteret: predictus placidus puer sancti viri monachus ad hauriendam aquā de lacu egressus est. Qui vas qđ tenuerat in aquam incaute summittēs: ipse quoqȝ cadēdo secutus est. Quem mox vnda rapuit ⁊ pene in vnius sagitte cursum a terra introrsus traxit. Uir autez dei intra cellam positus hoc protinus agnouit: ⁊ maurū festine vocauit dicens. Frater maure curre: quia puer ille qui ad hauriēdam aquam perrexerat in lacum cecidit: iāqȝ eū longius vnda trahit. Res mira ⁊ post petrum apostolū inusitata. Benedictiōe eteni postulata atqȝ percepta: ad patris sui imperium cōcitus maurus perrexit: atqȝ vsqȝ ad eū locuz quo ab vnda deducebatur puer per terrā se ire existimans: super aquas cucurrit: eūqȝ per capillos tenuit: rapidoqȝ cursu redijt. Qui mox vt terraz tetigit: ad se reuersus post terga respexit: ⁊ qꝛ sup aquas cucurrisset cognouit. Et quod presumere non potuisset vt fieret: miratus extremuit factum. Reuersus ad patrem: rem gestā retulit. Uir autem venerabilis benedictus hoc nō suis meritis: sed obedientie illius deputare cepit. At cōtra maurus pro solo eius imperio factū dicebat: seqȝ cōscium in illa virtute non esse: quā nesciens fecisset. Sed ī hac humilitatis mutue amica cōtētione: accessit arbiter puer qui ereptus est. Nam dicebat: Ego cuz ex aqua traherer super caput meū abbatis melotē videbam. Atqȝ ipsum me ex aquis educere cōsiderabā. Petrus.

Magna sunt valde q̄ narras ⁊ multoruz edificatiōi profutura. Ego autem boni viri miracula quo plus bibo plus sitio.

De infecto veneno pane per coruū longius profecto. Capitulum. viij. Gregorius.

Cum iam loca eadē in amore dei ⁊ dn̄i nostri iesu christi longe lateqȝ feruescerēt: secularem vitaz multi relinquerēt: ⁊ subleui redemptoris iugo ceruicē cordis edomarent: sicut mos prauorū est inuidere alijs virtutis bonum quod ipsi habere nō appetunt: vicine ecclesie presbyter florentius noīe: huius nostri subdiaconi florentij auus: Antiqui hostis malicia pcussus: sancti viri studijs cepit emulari: eius queqȝ cōuersationi derogare: quosqȝ etiam posset ab illius visitatione cōpescere. Cūqȝ se iam conspiceret eius pfectibus obuiare non posse: ⁊ cōuersationis illius opinionem crescere: atqȝ multos ad statū vite melioris ire: ipso quoqȝ opiniōis eius preconio indesinenter vocari: inuidie facibus magis magisqȝ succensus deterior fiebat. Quia cōuersationis illius habere appetebat laudem: sed habere laudabilem vitā nolebat. Qui eiusdem inuidie tenebris cecatus: ad hoc vsqȝ perductus est: vt seruo omnipotētis domini infectum veneno panem quasi pro benedictione transmitteret: quē vir dei cum gratiarum actione suscepit. Sed eū que pestis lateret in pane nō latuit.

Ad horam vero refectiōis illius ex vicina silua coruus venire cōsueuerat: ꝛ panē de manu illius accipe. Qui cum more solito venisset: panē quē presbyter trāsmiserat vir dei ante coruū piecit: eiqȝ precepit dicēs. In nomie iesu xpi precipio tibi tolle hūc panem: ꝛ tali eū in loco proice: vbi a nullo homine possit inueniri. Tunc coruus apto ore: expāsis alis circa eūdem panē cepit discurrere atqȝ crucitare: acsi apte diceret. Obedire se velle: ꝛ tamē implere iussa nō posse. Cui vir dei iterum atqȝ iterū precipiebat dicēs. Leua leua securus: atqȝ ibi proice vbi inueniri non possit. Quē diu demoratus quandoqȝ coruus momordit leuauit ꝛ recessit. Post vero trium horarū spaciū abiecto pane redijt ꝛ de manu hois dei anonā quā cōsueuerat accepit. Uenerabil' aūt pater cōtra vitam suā inardescere sacerdotis animū videns: illi magis q̄ sibi doluit. Sed p̄dictus florenti⁹ qꝛ magistri corp⁹ necare nō potuit: se ad extinguēdas discipuloꝝ aīas accendit. Ita vt in horto celle cui bn̄dict⁹ inerat: ante eoꝝ oculos nudas septeȝ puellas mitteret: que corā eis sibi inuicem manus tenētes ꝛ diutius ludētes: illorum mētem ad peruersitatē libidinis inflāmarēt. Qd̄ sanctus vir de cella conspiciens: lapsum qd̄ adhuc in teneriorib⁹ discipulis pertimescēs: idqȝ ꝓ sua soli⁹ fieri persecutiōe pertractās inuidie locum dedit: atqȝ oratoria cūcta que cōstruxerat sub statutis p̄positis a cūctis fratribus ordinauit: ꝛ paucis secū monachis ablatis habitationē mutauit loci. Morqȝ yt vir dei eius odia humiliter declinauit: Hunc omnipotēs deus terribiliter ꝑcussit. Nam cum predictus p̄sbyter stans in solario bn̄dictuȝ discessisse cognosceret: ꝛ exultaret perdurāte imobiliter totius fabrica dom⁹ hoc ip̄m in quo stabat solariū cecidit: ꝛ bn̄dicti hostem ꝯterēs extinxit. Quod viri dei discipulus maurus noie: statiȝ venerabili patri bn̄dicto q̄ adhuc a loco eodē vix decē milibus aberat: estimauit esse nūciādum dicēs. Reuertere qꝛ p̄sbyter qui te ꝑsequebat̄ extinct⁹ est. Qd̄ vir dei bn̄dict⁹ audiens sese in grauib⁹ lamētis dedit: vel qꝛ inimicus occubuit: vel qꝛ de inimici morte discipulus exultauit. Qua de re factū est vt eidem quoqȝ discipulo penitētiaȝ indiceret: ꝙ mādans talia gaudere de inimici interitu presumpsisset. Petrus.

Mira sunt ꝛ multū stupēda que dicis. Naȝ in aqua ex petra ꝑducta moysen. In ferro vero qd̄ ex profundo aque redijt eliseū: In aq̄ itinere petrū. In corui obediētia heliā. In luctu aūt mortis inimici dauid video: vt ꝑpendo vir iste spū iustoꝝ oīuȝ plenus fuit. Grego.

Vir dn̄i benedict⁹ patre vnius spiritū habuit: qui ꝑ concesse redēptionis gratiā electoꝝ corda oīum impleuit. De quo iohānes dixit. Erat lux vera: que illuminat oēm hominem veniēteȝ in hūc mundū. Et de quo rursus scriptū est: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Naȝ sancti dei homines potuerūt a dn̄o virtutes habere: nō etiam alijs tradere. Ille autē signa virtutis dedit subditis: q̄ se daturū signum Jone ꝓmisit inimicis: vt corā superbis mori dignaretur: coram humilibus resurgere: quatenus ꝛ illi viderēt quod contēnerent: ꝛ isti quod venerarētur: amare debuissent. Ex quo mysterio actū est vt dum superbi aspiciunt despectum mortis: humiles contra mortem acciperent gloriam potestatis. Petrus.

Queso te post hec ad q̄ loca migrauit vir sanct⁹: vel si aliq̄s i eis virtutes ostenderit innotesce. Grego.

S Anctus vir ad alia demigrās loca nō hostem mutauit. Naȝ tāto post grauiora prelia ptulit: quāto contra se aperte pugnantē ipsuȝ magistrū malitie inuenit. Castrum nāqȝ qđ cassinū dicit: in excelsi montis latere positū est. Qui videlȝ mons distēso sinu hoc idē castrum recipit: sed p tria milia in altū se subrigēs velut ad aera cacumē tendit: vbi vetustissimū fanū fuit: in quo ex antiquoꝝ more gētilium a stulto rusticoꝝ populo apollo colebatur. Circūquaqȝ etiā in cultū demonū luci succreuerāt: in quibus adhuc eodem tpe infideliū insana multitudo sacrificijs sacrilegis insultabat. Ibi itaqȝ vir dei perueniēs contriuit idolū: subuertit arā: succidit lucos: atqȝ in ipso tēplo apollinis oraculum beati martini: vbi vero eiusdē apollinis fuit: oraculū sancti ioānis baptiste ɔstruxit. Et cōmorantē circūquaqȝ multitudinē predicatiōe cōtinua ad fidē uocabat. Sed hec antiquꝰ hostis tacite nō ferens: nō occulte vel per somniū sed aperta visione eiusdē patris se oculis ingerebat: ⁊ magnis clamoribꝰ vim se ppeti conquerebat. Ita vt ⁊ voces illius etiā fratres audirēt: cuius imaginem minime cernerēt. Ut enim discipulis suis venerabilis pater dicebat: corporalibꝰ eius oculis idē antiquus hostis teterrimus ⁊ succēsus apparebat: qui in eum ore oculisqȝ flāmātibus seuire videbatur. Jam vero que diceret audiebāt omnes. Prius enī hunc vocabat ex nomine. Cui vir dei cū minime respōderet: ad eius mox cōtumelias erumpebat. Nam cū clamaret dicens bñdicte: benedicte: dcū sibi nullo modo cōspiceret rñdere: ptinus adiungebat. Maledicte nō benedicte quid mecum habes: quid me psequeris. Sed iam nūc expectanda sunt cōtra dei famulū antiq hostis noua certamina: cui pugnaȝ quidem volens intulit: sed occasiones victorie ministrauit inuitus.

De ingenti saxo per eius orationeȝ leuigato. Capi. ix.

Q Uadaȝ die dū fratres habitacula eiusdē celle cōstruerent: lapis in mediū iacebat: quē in edificiuȝ leuare decreuerūt. Cūqȝ eū duo vel tres mouere nō possent: plures adiuncti sunt. Sed ita imobilis māsit ac si radicitus in terra teneret: vt palam daret intelligi ꝙ sup eū ipse antiquus hostis sederet: quē tantoꝝ viroꝝ manus mouere nō possent. Difficultate igit facta ad virū dei missum est vt veniret: orando hostē repelleret: vt lapidē leuare non potuissent. Qui mox venit orationē faciens benedictionē dedit: ⁊ tāta lapis celeritate leuatus est: ac si nullum priꝰ pondus habuisset. De fantastico coquine incendio. Cap. x.

T Unc in cōspectu viri dei placuit vt in eodē loco terram foderent. Quā duȝ fodiendo altius penetrarēt: ereū illic idoluȝ fratres inuenerūt. Qđ ad horā casu in coquinā proiectū: exire ignis repēte visus est: atqȝ in cūctoruȝ monachoꝝ oculis ꝙ omne eiusdē coquine edificiū cōsumeretur ostēdit. Cūqȝ iaciendo aquā ⁊ ignē quasi extinguendo perstreperēt: pulsatus eodē tumultu uir domini aduenit. Qui eūdeȝ ignē in oculis fratrū esse: in suis uero nō esse cōsiderans: caput ptinus in orationeȝ flexit: ⁊ eos quos fantastico repperit igne deludi reuocauit fratres ad oculos suos vt ⁊ sanū illuc coquine edificiuȝ assistere cernerent: ⁊ flāmas quas antiquꝰ hostis cernere finxerat nō viderēt.

De seruo dei puerulo ruinato cōfracto ⁊ sanato. Capi. xi.

R Ursum dū fratres parietē quem res ita exigebat paulo altius edi-

ficarēt: vir dei in oratiōis studio intra cellule sue claustra morabat̄. Eiq3 antiquus hostis insultās apparuit: ⁊ quia ad laborātes fratres pgeret indicauit: qđ vir dei per nūcium celerrime fratrib⁹ īdicauit dicēs. Fratres caute uos agite: q2 ad vos hac hora malign⁹ spiritus venit. Is qui mandatū detulit vix verba cōpleuerat: ⁊ malignus spiritus eūdem parietē qui edificabat̄ euertit: atq3 vnū puerulū monachum cuiusdā curialis filiū opprimens ruina ɔtriuit. Cōtristati omnes ac vehemēter afflicti: non dāno parietis sed cōtritiōe fratris. Q3 venerabili patri bñdicto studuerūt celeriter cui graui luctu nunciare. Tunc idē pater ad se dilaceratū puerū deferri iubet. Quē portare nisi in sago potuerūt q2 collapsi saxa parietis: eius nō solū mēbra sed ossa cōtriuerunt. Cūq3 vir dei precepit stati in cella sua in psiatorio qđ vulgo matta vocat̄ quo ipse orare cōsueuerat proyci. Missisq3 foras fratribus cellā clausit. Qui oratiōi instātius q̄3 solebat icubuit. Mira res: hora eadē hūc incolumē atq3 vt prius valentē ad eūdem iterū3 laborē misit: vt ipse quoq3 parietē cu3 fratribus pficeret. De cuius se interitu antiqu⁹ hostis benedicto īsultare credidisset. Cepit vero inter ista uir dei ēt prophetie spiritu pollere: ventura predicere: presentibus absentia nunciare.

De seruis dei qui cibum cōtra regulam sumpserunt. Capi. xy.

Mos etenim celle fuit vt quotiens ad respōsum aliqđ egrederētur fratres cibu3 potū q3 minime sumerēt extra cellam. Cūq3 hoc de vsu regule sollicite seruarēt: quadā die ad responsum fratres egressi sunt: in quo tardiori cōpulsi sunt hora demorari. Qui manere iuxta religiosam feminā nouerāt: cuius ingressi habitaculū sumpserunt cibum. Cūq3 iam tardius ad cellā redissent: benedictionem patris ex more petierunt. Quos ille protinus pcunctatus est dicēs. Ubi comedistis. Qui respōderunt dicentes nusq̄3. Quib⁹ ille ait: Quare ita mentimini. Nunqd illius femine habitaculum nō intrastis. Nunqd hos atq3 illos cibos nō accepistis Nunquid tot calices nō bibistis. Cūq3 eis venerabilis pater ⁊ hospitiū mulieris: ⁊ genera ciborū: ⁊ numerum potionum diceret: recognoscētes cuncta que egerant: ad eius pedes tremefacti ceciderūt se deliquisse cōfessi sūt. Ipse autem ꝓtinus culpā pepercit perpēdens q̄ in eius absentiā vltra non facerent: quē presentē sibi esse in spiritu scirent.

De fratre valētiniani monachi vt supra. Capi. xiiy.

Frater quoq3 valētiniani eiusde3 monastery monachi cuius superius memoriā feci: vir erat laicus sed religiosus. Qui vt serui dei orationem percipet: ⁊ germanū fratrē uideret: annis singulis de loco suo ad cellā ieiun⁹ venire consueuerat. Quadā igitur die dū iter ad monasteriū faceret: sese illi alter viator adiūxit: qui sumēdos ī itinere portabat cibos. Cūq3 iā hora tardior excreuisset dixit: veni frater sumamus cibū ne lassemur in via. Cui ille respōdit: Absit frater nō faciam: q2 ad venerabilē patrem benedictū ieiun⁹ semper venire cōsueui. Quo respōso percepto ad horā cōuiator cōticuit. Sed cum post hec aliquātulum itineris spatium egissent reuersus āmonuit vt māducarēt. Cōsentire noluit: qui ieiunus peruenire decreuerat. Tacuit quide3 qui ad māducandum inuitauerat: ⁊ cū eo ieiunus adhuc pgere ad modicū cōsensit. Cūq3 ⁊ iter longius agerēt: ⁊ eos tardior hora fatigaret: ambulātes inuenerunt in itinere pratum ⁊ fontē: et

queq3 poterãt ad reficiẽdum corpus delectabilia videri. Tũc cõuiator ait. Ecce aqua: ecce pratũ: ecce amen9 locus in quo possumus refici: ⁊ parũ requiescere: vt valeamus iter nr̃m postmodũ incolumes explere. Cũq3 igitur ⁊ verba auribu⁊: ⁊ loca oculis blandirẽtur: hac tertia ãmonitione persuasus cõsensit ⁊ comedit. Uespertina vo hora puenit ad cellam. Presentatus autẽ venerabili benedicto patri: sibi orõnez petijt. Sed mox vir dei ei hoc qd̃ i via egerat impropauit dicẽs. Quid est frater. Malignus hostis q tibi p cõuiatorem tuũ locutus est: semel tibi psuadere nõ potuit: secũdo non potuit: ad tertium suasit: ⁊ te ad hoc qd̃ voluit superauit. Tũc ille reatum infirme sue mẽtis agnoscẽs: eius pedibus puolutus: tãto magis cepit culpã deflere ⁊ erubescere: quãto se cognouit etiã absentẽ in bñdicti pr̃is oculis deliqsse. Petrus.

Ego sancti viri pcordis elisei spiritum video inesse: qui absenti discipulo presens fuit. Gregorius.

De simulatione regis totile deprehensa. Cap. xiiij.

Oportet petre vt iterũ sileas: quatenus adhuc maiora cognoscas. Gothor nãq3 tpibus cũ rex eor totila scĩ virũ pphetie spm̃ habere audisset: ad eius monasteriũ pgens paulo lõgi9 substitit: eiq3 se vẽturũ esse nunciauit. Cui dum ptinus mandatũ de monasterio fuisset vt veniret: ipse sicut perfide mẽtis fuit: an vir dñi prophetie spiritũ haberet explorare conatus est. Quidã vero eius spatarius rigo dicebat. Cui calciamẽta sua prebuit: eũq3 indiu vestibus regalib9 fecit: quẽ quasi in psona sua pgere ad dei hominẽ pcepit. In cuius obsequio: tres qui sibi pre ceteris adherere cõsueuerant comites misit. s. vul: ruderic: ⁊ blidin: Ut ante serui dei oculos ipsum esse regẽ totilam simulãtes: eius lateri obambularẽt. Cui alis quoq3 obsequia multa atq3 spatarios pbuit: vt tam ex eisdẽ obsequijs: q3 ex purpureis vestib9 rex esse putaretur. Cũq3 idẽ rigo decoratus vestib9 obsequentiũ frequẽtia comitat9: monasteriũ fuisset ingressus: vir dei emin9 sedebat. Quẽ venientẽ cõspiciens cũ iaz ab eo audiri potuisset: clamauit dicẽs. Depone fili: depone hoc qd̃ portas: nõ est tuũ. Qui rigo ptinus in terrã cecidit: ⁊ q3 tãto viro illudere psumpsisset expauit. Oẽsq3 qui cũ eo ad dei hoiem veniebãt in terram cõsternati sunt. Surgentes aũt ad euz ppinquare minime psumpserunt. Sed ad suũ regẽ reuersi: nũciauerunt trepidi in quãta velocitate fuerãt deprebẽsi. De pphetia q̃ de eodem rege totila fcã est. Ca. xv.

Tunc p se idẽ totila ad dei hoiem accessit: quẽ cũ longe sedentẽ cerneret nõ ausus accedere sese in terram dedit: Cui cũ vir dei bis terq3 diceret surge: sz ipse ante eũ erigi de terra non auderet: bñdict9 iesu xp̃i dñi famulus per semetipm̃ accedere dignat9 est ad regẽ prostratum: qui de terra leuauit: de suis actibus increpauit: atq3 in paucis sermonib9 cuncta que illi erãt ventura prenunciauit dicẽs. Multa mala facis: multa fecisti: iam aliqñ ab iniqtate cõpescere. Et quidẽ romã ingressurus es: mare trãsiturus: nouẽ annis regnabis: decimo morieris. Quibus auditis rex vehemẽter territus oratiõe petita recessit: atq3 ex illo iam tẽpore minus crudelis fuit. Cum nõ multo post romam adijt ad siciliã perrexit. Anno autem regni sui decimo omnipotẽtis dei iudicio regnuz cũ vita pdidit. Preterea antistes canusine ecclesie ad eũdez dñi famuluz venire psueuerat: quẽ vir dei p vite sue merito valde diligebat.

Is itaqꝫ dum cū illo de ingressu regis totile: ꝛ romane vrbis perditōe colloquiū haberet dixit. Per hūc regē ciuitas ista destruet᷑: vt iam amplius non inhabitet᷑. Cui vir dn̄i respondit. Roma a gētibus nō exterminabitur: sed tēpestatibus coruscis ꝛ turbinibus ac terremotu fatigata marcescet i semet ipsa. Cuius ꝓphetie ministeria nobis iam facta sunt luce clariora. Qui in hac vrbe dissoluta menia: euersas domos: destructas ecclesias turbine cernim⁹: eiusqꝫ edificia lōgo senio lassata: quia ruinis crebrescētibus prosternunt᷑ videmus. Quāuis hoc honoratus ei⁹ discipulus cuius mihi relatiōe cōpertuꝫ est nequaq̄ꝫ ex ore eius audisse se phibet: sed qꝛ hoc dixerit dictū sibi a fratribus fuisse testat᷑. De clerico a demonio liberato. Ca. xvi.

EOdem quoqꝫ tēpore quidā aquensis ecclesie clericus a demonio vexabat᷑: qui a venerabili viro cōstantio ecclesie eius antistite ꝑ multa fuerat martyrū loca trāsmissus vt sanari potuisset. Sed sancti dei martyres noluerūt ei sanitatis donū tribuere: vt q̄ꝫta esset in benedicto gratia demōstrarent. Ductus itaqꝫ est ad oīpotentis dei famulū benedictū. Qui iesu xp̄o dn̄o preces fundēs: antiquū hostē de obsesso hoīe ꝓtinus expulit. Cui sanato precepit dicēs. Uade ꝛ post hec carnē non comedas: ad sacrū vero ordinē nunq̄ꝫ accedere presumas. Quacūq̄ꝫ aūt die sacrū ordinē temerare p̄sumpseris: statim iuri diaboli iteꝝ mācipaberis. Discessit igit᷑ clericus san⁹. Sicut terrere solet animū pena recēs: ea que vir dei p̄ceperat interim custodiuit. Cū vero post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent: ꝛ minores suos sibimet superponi in sacris ordinibus cerneret: verba viri dei quasi ex longo tēpore oblitus postposuit: atqꝫ ad sacrū ordinem accessit. Quē mox is q reliquerat diabolus tenuit eūqꝫ vexare quousqꝫ animā eius excuteret nō cessauit. Petrus.

ISte vir diuinitatis ut video etiā secreta penetrauit: qui perspexit hūc clericū idcirco diabolo traditum: ne ad sacrū ordinē accedere auderet. Gregori⁹.

QUare diuinitatis secreta nō nosset: qui diuinitatis p̄cepta seruaret. Cū scriptū sit: qui adheret dn̄o vnus spiritus est. Petrus.

SI vnus spūs sit cum dn̄o qui domino adheserit: quid est qđ iterū ideꝫ egregius p̄dicator dixit. Quis nouit sensum dn̄i: aut quis cōsiliari⁹ eius fuit. Ualde enim esse incōueniens videtur: eius sensum cū quo vnus factus fuerit ignorare. Gregorius.

SAncti viri inquātū cum deo sunt sensum dn̄i non ignorāt. Nā ideꝫ quoq̄ꝫ apostolus dixit. Quis enim scit hominū que sunt hoīs: nisi spūs hominis q in ipso est. Ita ꝛ que dei sunt nemo cognouit: nisi spirit⁹ dei. Qui vt se ostēderet nosse que dei sunt adiunxit: nos aūt nō spiritū huius mūdi accepimus sed spiritū q ex deo est. Hic iterū dicit ꝙ oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit: que preparauit deus dilig ētibus se: nobis autem reuelauit per spiritū suum. Petrus.

SI ergo eidē apostolo ea que dei sunt per dei spiritū fuerāt reuelata: qūo super hoc qđ ꝓposui p̄misit dicens: O altitudo diuitiarū sapiētie et sciētie dei: q̄ꝫ incōprehēsibilia sunt iudicia dei: ꝛ inuestigabiles vie ei⁹. Sed rursum mihi hec dicēti alia orit᷑ questio. Nā dauid ꝓpheta dn̄o loqtur dicens. In labijs meis pronūciaui oīa iudicia oris tui. Et cū minus sit nosse: q̄ꝫ etiā pronūciare: quid est ꝙ paulus in-

cõprehensibilia esse iudicia dei asserit. Dauid aũt hec se oĩa nõ solũ nosse: sed ẽt in labijs ꝓnũciasse testatur. Grego.

Ad vtraqꝫ hec tibi supius sub breuitate respõdi dicens: q sancti viri inquãtum cum dño vnum sunt: sensum dñi non ignorãt. Oẽs enim q deuote dñm sequũtur: etiam ipsa deuotione cũ deo sunt: ꝛ adhuc carnis corruptibilis pondere grauati cũ deo nõ sunt. Occulta itaqꝫ dei iudicia inquãtum cum eo cõiuncti sunt sciunt: inquãtum disiuncti nesciũt. Quia enim secreta eius adhuc perfecte nõ penetrãt: incõprehẽsibilia eius iudicia esse testãtur. Quia vero ei mẽte inherẽt atqꝫ inherendo vel sacre scripture eloquijs vel occultis relatiõibus inquãtum accipiunt agnoscũt: hec ꝛ nouerũt ꝛ ꝓnũciãt. Judicia igiť que deus tacet nesciunt: ꝛ que deus loqtur sciunt. Unde ꝛ dauid ꝓpheta cum dixisset: in labijs meis ꝓnũciaui omnia iudicia: protinus addit oris tui. Ac si apte dicat: Jlla ego iudicia ꝛ nosse ꝛ pronũciasse potui que te dixisse cognoui. Nam ea que ipse non loqueris: nostris ꝓculdubio cognitiõibus abscõdis. Cõcordat ergo ꝓphetica apostolicaqꝫ sentẽtia: qꝛ ꝛ incõprehensibilia dei iudicia ꝛ tamen que ore eius ꝓlata fuerint humanis labijs pronũciantur: qm̃ sciri ab hominib⁹ ꝛ prolata per deum possunt: ꝛ occulta non possunt. Petrus.

In obiectione mee q̃stiuncule patuit causa rõnis: sed queso te si q̃ sunt adhuc de hui⁹ viri ꝟtutib⁹ subiũge. De prophetia destructiõis monasterij sui. Ca. xvij. Gregorius.

Vir quidã nobilis theopropus nomine eiusdẽ benedicti patris fuerat ammonitiõe cõuersus: q pro vite sue merito: magnã apud eũ familiaritatis fiduciã habebat. Hic cũ quadam die eius cellulã fuisset ingressus: hunc amarissime flentẽ repperit. Cũqꝫ diu subsisteret eiusqꝫ nõ finiri lachrymas videret: nec tamẽ vt vir dei cõsueuerat orãdo plãgeret: sed merẽdo quenã causam tanti luctus existeret inqsiuit. Cui vir dei ilico rñdit. Omne hoc monasteriũ quod cõstruxi: ꝛ cũcta que fratribus preparaui: oĩpotentis dei iudicio gẽtibus tradita sunt. Vix aũt obtinere potui: vt mihi ex hoc loco aĩe concederẽtur. Cuius vocẽ tunc theopropus audiuit: nos aũt cernimus: q destructũ modo a lõgobardorũ gẽte ei⁹ monasteriũ scimus. Nocturno etenim tpe quiescẽtibus fratribus: nuper illic lõgobardi ingressi sunt: qui diripiẽtes omnia: ne vnũ quidẽ hoiem illic tenere potuerunt. Sed impleuit oĩpotens deus qd fideli famulo benedicto ꝓmiserat: vt si res gẽtibus traderet aĩas custodiret. Qua in re pauli vicẽ video tenuisse benedictũ: cuius dum nauis rerum omniũ iacturam ꝑtulit ipse in ꝯsolationẽ vitam omniũ qui eum comitabantur accepit. De flascone sublato ꝛ per spm̃ cognitio. Cap. xviij.

Quodam quoqꝫ tpe: exhilarat⁹ noster quẽ ipse cõuersum nosti trãsmissus a dño suo fuerat: vt dei viro in monasteriũ vino plena duo lignea vascula: que vulgo flascones vocãtur deferret: qui vnũ detulit: alterũ vero pergẽs in itinere abscõdit. Vir autẽ domini quẽ facta absentia latere non poterant: vnũ cum gratiarũ actione suscepit: ꝛ discedentẽ puerum monuit dicens: vide fili de illo flascone quẽ abscondisti iam nõ bibas: sed inclina illũ caute: ꝛ inuenies quid intus hẽt. Qui ꝯfusus valde a dei hoĩe exiuit ꝛ reuersus volẽs adhuc probare qd audierat: cum flasconẽ inclinasset de eo ꝓtinus serpens egressus est. Tũc predict⁹ ex-

hilaratus puer per hoc ꝙ in vino repperit: expauit malum quod fecit.

De mappulis ab ancilla dei acceptis. Capitu. xix.

NOn longe aūt a monasterio vicꝰ erat. In quo magna mltitudo hominū ad fidem dei ab idoloꝝ cultura benedicti fuerat exortatione cōuersa. Ibi quoqꝫ quedā sanctimoniales femine inerāt ꝛ crebro illuc pro exortādis animabꝰ fratres suos mittere bn̄dictus dei famulus curabat. Quadā vero die misit ex more: sed is qui missus fuerat monachus: post admonitionē factaꝫ a sanctimonialibus feminis rogatꝰ mappullas accepit: sibiqꝫ eas abscōdit in sinu. Qui mox vt reuersus est: eū vir dei vehemētissima amaritudine cepit increpare dicens: quomodo ingressa est iniquitas in sinum tuū. At ille obstupuit: ꝛ quid egisset oblitus vnde corripiebaꝛ ignorabat. Cui ait: nūquid ego illic p̄sens non eram qn̄ ab ancillis dei mappulas accepisti tibiqꝫ in sinu misisti. Qui mox eius pedibus ꝓuolutꝰ stulte se egisse penituit: ꝛ eas quas in sinu absconderat mappulas proiecit.

De superba cogitatōe pueri per spiritum cognita. Capitu. xx.

QUadam quoqꝫ die: cū venerabilis pater vespertina iaꝫ hora corporis alimēta perciperet eius monachus cuiusdaꝫ defensoris filiꝰ fuerat: q ei ante mēsam lucernā tenebat. Cūqꝫ vir dei ederet: ipse autē cuꝫ lucerne ministerio staret: cepit per sup̄bie spiritū in mente sua tacitus voluere: ꝛ per cogitationem dicere: quis est hic cui ego manducāti assisto: lucernaꝫ teneo: seruitium impēdo: quis suꝫ ego vt isti seruiam. Ad quē vir dei statim cōuersus: vehementer eum cepit increpare dicēs: signa cor tuum frater: quid est, hoc qđ loqueris signa cor tuū. Vocatisque statim fratribus precepit ei lucernam de manu tolli: ipsum vero iussit a ministerio recedere: ꝛ sibi hora eadē quietum sedere. Qui requisitus a fratribꝰ qd habuerit in corde: per ordinē narrauit quāto superbie spiritu intumuerat: ꝛ que cōtra virum dei verba per cogitationē tacitus dicebat. Tūc liqdo omnibus patuit: ꝙ venerabilē bn̄dictum latere nihil posset: in cuius aurem etiā cogitationis verba sonuissent.

De ducētis farine modijs famis tp̄e antecellas in saccis inuētis. Ca. xxi.

ALio igitur tp̄e in eadē cāpanie regione fames īcubuerat magna: q̄ oēs alimētoꝝ indigētia coangustabat: iāqꝫ in bn̄dicti monasterio triticuꝫ deerat: panes ꝟo pene oēs cōsumpti fuerant: vt nō plus q̄ꝫ quinqꝫ ad refectiōis horā fratribꝰ inueniri potuissent. Cūqꝫ eos venerabilis pater cōtristatos cerneret: coꝝ pusillanimitatē studuit modesta increpatiōe corrigere: ꝛ rursum promissiōe subleuare dicēs: Quare de panis inopia vester animꝰ cōtristatur. Hodie quidē minus est: sed die crastina abūdanter habebitis. In ipso auteꝫ biduo more suo in oratiōe fuit occupatus. Sequēti auteꝫ die ducenti farine modij ante fores cellule in saccis inuēti sunt. Quos oīpotens deus qbus deferētibus trāsmisisset: nūc vsqꝫ manet incognitū. Quod cū fratres cernerēt: domino grās referētes: didicerūt iam de abūdātia nec ī egestate dubitaꝛ. Petrꝰ

HIc queso te: nūquidnam credendum est huic dei famulo semꝑ ꝓphetie spiritum adesse potuisse: an per interualla temporū eius mentē ꝓphetie spiritus implebat. Gregorius.

PRophetie sp̄us petre prophetaruꝫ mētes nō semper irradiat: qr sicut de sancto spiritu scriptum, est: vbi vult spirat: ita sciendū est: quia ꝛ quā-

do vult aspirat. Hinc est etenim q natham a rege requisitus si cōstruere templum posset: prius cōsensit et postmodum phibuit. Hinc est q heliseus cuz flentē mulierem cerneret eāmqz nescisset: ad phibētem hanc puerū dicit dimitte eam: qr aīa eius in amaritudine est: et dñs celauit a me et non indicauit mihi. Quod oīpotens deus ex magne pietatis dispēsatione disponit: qr dum prophetie spm̄ aliquādo dat: aliquādo subtrahit: pphetātium eo leuat in celsitudinē: et custodit in humilitate: vt et accipiētes spiritū inueniāt quid de deo sunt: et rursum prophetie spm̄ non habentes: cognoscāt qd sint de semetipis.

Ita hoc esse vt asseris magna ratio clamat: adhuc qd animo occurrit exequere. Petrus.

De fabrica monasterij terracensis per visionē. Capitu. xxij. Gregorius.

Alio quoqz tpe a quodam viro fuerat rogatus: vt in eius predio iuxta terracinēsem vrbē missis discipulis suis: cōstruere monasteriū ibidē debuissent. Qui rogāti cōsentiens: deputatis fratribus patrē constituit: et quis esset secūdus ordinauit. Quibus euntibus spopōdit dicens. Ite et in die illo ego venio: et ostēdam vobis in quo loco oratoriū: In quo refectoriū fratruz: In quo susceptionē hospitū: vel queqz sunt necessaria edificarī debeatis. Qui bñdictione percepta ilico prexerunt: et cōstitutum diez magno opere pstolantes: parauerūt omnia que his qui cum tanto patre venire potuissent videbātur esse necessaria. Nocte vero eadez qua promissus illucescebat dies: eidez seruo dei quē illic patrem constituerat: atqz eius preposito vir domini benedictus in somnis apparuit: et loca singula vbi quid et quo edificari debuissent subtiliter designauit. Cūqz vtriqz a somno surgerēt: sibi inuicem qd viderant retulerūt: non tamē visiōi illi omnimodo fidem dantes: virū dei sicut se promiserat venire expectabāt. Cūqz vir dei constituto die minime venisset: ad eū cum merore reuersi sunt dicentes: Expectauimus pater vt venires sicut nobis pmisisti: et nobis ostenderes vbi qd et quo edificare deberem⁹: et nō venisti. Quibus ipe ait. Quare fratres quare ista dicitis. Nūquid sicut pmisi: non veni. Cui cū ipsi dicerent quando venisti. Respondit: Nunquid vtrisqz vobis dormientibus non apparui: et loca singula designaui. Ite et sicut per visionem audistis sic omnia habitacula monasterij constituite. Qui hec audientes vehemēter admirati: ad predictum predium sunt reuersi: et cūcta habitacula sicut ex reuelatione didicerāt construxerunt. Petrus.

Doceri velim quo fieri ordine potuit vt longe iret: responsum dormientibus diceret: quod ipsi per visionem audirent et recognoscerent. Gregorius.

Quid est q perscrutans rei gerēs ordinem ambigis petre: liquet pfecto quia mobilioris nature est spiritus qz corpus: et certe scriptura teste nouimus: q propheta ex iudea subleuatus: repente est cum prandio in caldeam depositus. Quo videlicet prandio prophetam refecit: seqz repente in iudea iterum inuenit. Si igitur tam longe abacuch potuit sub momento corporaliter ire: et prandium deferre: quid mirum si benedictus pater obtinuit quatenus iret per spiritū: et fratrum quiescētium spiritibus necessaria narraret vt sicut ille cum cibo corporis corporaliter perrexit: ita iste ad institutionem spiritalis vite spiritualiter pergeret. Petrus.

Anus me locutiōis tersit a me fateor dubietatem mētis: sed vellem nosse in cōmuni locutiōe: qual' iste vir fuerit. Gregorius.

Ix ipsa petre cōis eius locutio a virtutis erat pōdere vacua: quia cuius cor sese in alta suspēderat: neq̄ q̄ verba more ipsius incassuꝫ cadebāt. Si quid vero vnq̄ nō iam decernēdo sed mināndo diceret tantas vires sermo illius habebat: ac si hoc nō dubie atqꝫ suspense: sed iam per sniāꝫ protulisset.

De ancillis dei que post mortē per oblationem eius cōmunioni restitute sunt. Capitu. xxiij.

Iam nō longe ab eius monasterio due quedā sanctimoniales femine nobiliori genere exorte in loco proprio cōuersabātur: quibus quidā religiosus vir ad exterioris vite vsuꝫ prebebat obsequiū. Sed sicut nōnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mētis: vt minus se in hoc mundo despiciāt qui plus se ceteris aliqd fuisse meminerūt. Necdū predicte sanctimoniales femine perfecte linguā sub habitus sui freno restrinxerāt: eūdem virum religiosum qui ad exteriora necessaria eis obsequiū prebebat: incautis sepe sermonibus ad iracūdiaꝫ ꝓuocabant. Qui cū diu ista toleraret: perrexit ad dei hoīem: quātasq꞉ pateretur verborū contumelias enarrauit. Uir autem dei hec de illis audiēs: protinus mandauit dicēs. Corrigite linguā vestram: q꞉ si nō emendaueritis: excōmunico vos. Quā videlꝫ excōicatiōis sententiam nō proferēdo intulit: sed in temptādo. Ille aūt a pristinis morib⁹ nihil mutare itra paucos dies defuncte sūt: atq꞉ in ecclesiā sepulte. Cūq꞉ in eadem ecclesia missarū solēnitates celebrarētur: atq꞉ ex more diaconus clamaret: si quis non cōicat det locum: nutrix earū que pro eis oblationē dn̄o deferre cōsueuerat: eas de sepulchris suis ꝓgredi ꝛ exire ecclesiā videbat. Quod cum sepius cerneret q꞉ ad vocē diaconi clamātis exiebāt foras: atq꞉ intra ecclesiā permanere nō poterant: ad memoriaꝫ redijt: que vir dei illis adhuc viuentibus mādauit: eas quippe excōione priuari dixerat: nisi mores suos ꝛ verba corrigerēt. Tunc seruo dei cum graui merore indicatū est. Qui manu sua ꝓpriis oblationē dedit dicēs. Ite ꝛ hanc oblationē pro eis offerri dn̄o facite: ꝛ vlterius excōicate non erūt. Que dum oblatio ꝓ eis fuisset imolata: ꝛ a diacono iuxta morē clamatū est: vt non cōmunicātes ab ecclesia exirēt: ꝛ ille exire ab ecclesia vlterius vise nō sūt. Qua ex re indubitāter patuit: q꞉ dum inter eos qui cōmunione priuati sunt minime recederent cōmunionem a domino per seruū recepissent. Petrus.

Mirum valde q̄uis venerabileꝫ ꝛ sanctissimū virum adhuc tamen in hac carne corruptibili degētem potuisse animas soluere: in illo iam inuisibili iudicio constitutas. Gregorius.

Nunquid nam petre in hac adhuc carne non erat: qui audiebat qđcūq꞉ ligaueris super terrā erit ligatū ꝛ in celis. Et quodcūq꞉ solueris sup terram soluta erūt ꝛ in celis. Cuius viceꝫ nunc in ligādo ꝛ soluendo obtinēt: qui locū sancti regiminis fide ꝛ morib⁹ tenent. Sed vt tāta valeat homo de terra: celi ꝛ terre cōditor in terrā venit e celo: atq꞉ vt iudicare caro etiā de spiritibus possit: hoc ei largiri dignatus est factus pro hoīb⁹ deus caro. Quia inde surrexit vltra se ifirmitas nostra: vnde sub se ifirmata ē firmitas dei. Petrus.

Cum virtute signoꝝ: concorditer loquitur ratio verborum.

De puero monacho quē sepultū ter

ra proiecit. Capi.xxiiij. Gregorius.

Uadā quoqꝫ die dū quidā ei⁹ puerulus monachus parētes suos vltra q̄ꝫ debebat diligēs: atqꝫ ad eorum tabernaculū tendēs: sint benedictione de monasterio exisset: eodē die mox vt ad eos puenit: defunctus ē. Cūqꝫ esset sepultus: die altero piectū foras corp⁹ eius inuētum est. Quod rursus tradere sepulture curauerūt: sed sequēti die iterū proiectum exterius atqꝫ inhumatum sicut prius inuenerūt. Tūc cōcite ad benedicti patris vestigia currētes: cū magno fletu petierūt: vt ei suā gratiam largiri dignaret. Quib⁹ vir domini manu sua ꝓtinus cōionem domini corporis dedit dicēs: Ite atqꝫ hoc dominicū corpus super pectus eius ponite: eūqꝫ sepulture sic tradite. Qd̄ dū factū fuisset: corpus eius susceptū terra tenuit: nec vltra proiecit. Perpēdis petre apud iesum christum dn̄m cuius meriti iste vir fuerit. Petrus.

Expendo plane ꝛ vehemēter stupeo: vt eius corpus etiā terra ē proyceret: qui bn̄dicti gratiam nō haberet. De monacho q a monasterio discedēs: draconem cōtra se in itinere vidit. Capi.xxv. Gregorius.

Uidā eius monachus mobilitati mentē dederat: ꝛ permanere in monasterio nolebat. Cumqꝫ eū vir dei assidue corriperet ꝛ frequēter ammoneret: ipse vero nullo modo cōsentiret in cōgregatione persistere: atqꝫ iportunis precibus vt relaxaretur imineret: Quadā die idem venerabilis pater nimietatis eius tedio affectus: irat⁹ iussit vt discederet. Qui mox vt monasteriū exijt: cōtra se assistere apto ore draconem in itinere inuenit. Cūqꝫ eum idē draco qui apparuerat deuorare vellet: cepit ipse tremēs ꝛ palpitans magnis vocibus clamare: Currite: currite: quia draco iste deuorare me vult. Currētes aūt fratres draconē minime viderūt sed trementē atqꝫ palpantem monachū ad monasteriū reduxerunt. Qui statim ꝓmisit nunq̄ꝫ se esse iam a monasterio recessurū: atqꝫ ex hora illa in sua promissiōe permāsit. Quippe q sancti viri oratiōibus cōtra se assistere draconē viderat: quem prius nō videndo sequebatur. De puero ab elefantia curato. Capitu.xxv.

Ed neqꝫ hoc silēdum puto: qd̄ illustri uiro antonio narrāte cognoui: q aiebat patris sui puerū morbo elefantino esse correptū: ita vt iam pilis cadētibus cutis itumesceret: atqꝫ i crescētem saniē occultare non posset. Qui ad virū dei ab eodem patre ei⁹ missus est: ꝛ saluti pristine sub omni celeritate restitutus. De solidis p miraculū debitori redditis. Capitu.xxvij.

Eqꝫ illud taceam qd̄ eius discipulus peregrinus noīe mihi narrare cōsueuerat: qꝛ die quadam fidel' vir quidā necessitate debiti cōpulsus: vnū sibi fore remediū credidit: si ad dei virum pergeret: ꝛ que eū vrgeret debiti necessitas īdicaret. Uenit itaqꝫ ad monasteriū: omnipotētis dei famulū repperit: qꝛ a creditore suo p duodecim solidis grauiter affligeret intimauit. Cui venerabilis pater nequaq̄ꝫ se hr̄e duodecim solidos rn̄dit. Sed tamē ei⁹ inopiā blanda locutiōe cōsolat⁹ ait. Uade ꝛ post biduū reuertere: qꝛ deest hodie qd̄ tibi debeā dare. In ipso autem biduo: more suo in oratiōe fuit occupatus. Cū die tertio is qui necessitate debiti affligebatur redijt. Super archā vero monasterij que erat frumēto plena: subito tredecim solidi sunt inuenti. Quos vir dei deferri iussit: ꝛ afflicto petitori tribuit dicēs: vt duodeci redderet ꝛ vnū in expensis ꝓprijs habe-

ret. Sed ad ea nunc redeam: que eius discipulis in libri huius exordio predictis referētibus agnoui. Quidā uir grauissima aduersarij sui emulatiōe laborauerat. Cuius ad hoc vsq3 odiū prorupit: vt ei nescienti in potū venenum daret. Quod quāuis vitam auferre nō valuit: cutis tamē colorem mutauit: ita vt diffusa in corpore eius varietas lepre morem imitari videretur. Sed ad dei hoiem deductus: salutem pristinam citius percepit. Nam mox ut eū contigit: omnem cutis illius varietatē fugauit.

De ampula vitrea in saxis proiecta et non fracta. Capitu. xxviij.

Eodem quoq3 tpe quo alimētorū inopia campaniā grauiter affligebat: vir dei diuersis indigētibus monasterij sui cūcta tribuerat: vt pene nihil in cellario nisi parū quid olei in vitreo uase remaneret. Tunc quidā subdiaconus agapitus noīe aduenit: magnopere postulās vt sibi aliquātulum oleum dari debuisset. Uir autem domini qui cūcta decreuerat in terra tribuere: vt in celo omnia reseruaret: hoc ipsum parum quod remāserat olei iussit petenti dari. Monachus vero qui cellarium tenebat: audiuit quidē iubentis imperiū: s3 implere distulit. Cūq3 post paululum si id qd iusserat datū esset inquireret: rn̄dit monachus se minime dedisse: q2 si illud tribueret oīno nihil fratribus remaneret. Tūc iratus alijs pcepit vt hoc ipsum vas vitreum in quo parum olei remāsisse videbatur per fenestrā proijcerent: ne in cella aliqd per inobedientiā remaneret. Factūq3 est. Sub fenestra autē eadem ingēs precipitium patebat: saxorū molibus aspersum. Proiectū itaq3 vas vitreum venit in saxis: sed sic māsit incolume: ac si proiectū minime fuisset: ita vt neque frāgi neq3 oleum effundi potuisset. Qd vir domini precepit leuari: atq3 vt erat integrum petēti tribui. Tunc collectis fratribus inobedientē monachum de infidelitate sua et supbia: coram omnibus increpauit.

De dolio vacuo et oleo repleto. Capitu. xxix.

Qua increpatione cōpleta: sese cū eisdem fratribus in orationē dedit. In eo aūt loco vbi cū fratribus orabat: vacuus erat ab oleo dolius et coopertus. Cūq3 sanctus vir in oratiōe persisteret cepit operimentū eiusdem dolei oleo excrescēte subleuari. Quo cōmoto atq3 subleuato: oleū quod excreuerat ora dolij trāsiens pauimētum loci in quo incubuerāt inundabat. Qd benedictus dei famulus vt aspexit ptinus orationem cōpleuit atq3 in pauimēto oleum defluere cessauit. Tunc diffidētem inobedientēq3 fratrem latius admonuit vt fidē habere disceret et humilitatem. Idē vero frater salubriter correptus erubuit: q2 venerabilis pr virtutē omnipotētis domini quā admonēdo intimauerat: miraculis ostēdebat. Nec erat iam vt quisq3 iam de eius promissionibus dubitare posset: qui vno eodēq3 momento pro vitreo vase pene vacuo plenū oleo dolium redidisset.

De monacho a demonio liberato. Capi. xxx.

Quadam die dū ad beati iohānis oratorium quod in ipso montis celsitudine sitū est pergeret: ei antiquus hostis in mulo sedētis specie medici obuiā factus est cornu et tripedicam ferēs. Quem cū requisisset dicens vbi vadis: ille rn̄dit. Ecce ad fratres uado potionē eis dare. Itaq3 perrexit venerabilis bn̄dictus ad orationem: qua cōpleta ptinus redijt. Malignus vero spūs vnum seniorē monachum inuenit aquā haurientē in quo statim ingressus est: eūq3 in terrā piecit: et vehemētissime vexare cepit. Quē cum

vir dei ab oratiõe rediens: ꝛ eūdez senem monachū tam crudeliter vexare cōspiceret: ei solūmodo alapam dedit: ꝛ malignum ab eo spiritum protinus excussit: ita vt ad eum redire vlterius non auderet. Petrus.

Velim nosse si hec tanta miracula virtute semper oratiōis impetrabat: an aliquando solo voluntatis exhibebat nutu. Gregorius.

Qui deuota mēte deo adherent: cum rerū necessitas exposcit exhibere signa modo vtroqꝫ solēt: vt mira queqꝫ aliqñ ex prece faciāt aliquando ex potestate. Cum enī iohannes dicat: quotquot autē receperunt eū dedit eis potestatē filios dei fieri: qui filij dei sunt: quid mirū si signa facere ex potestate habeāt. Quia enī vtroqꝫ modo miracula exhibeāt: testatur petrus qui tabitā mortuaz orando suscitauit. Ananiā ꝛ saphiraz mētientes: morti increpādo tradidit. Neqꝫ enī orasse i eorum extinctione legit: sed solūmō culpam quā perpetrauerāt icrepasse. Cōstat ergo qꝫ aliquādo hec ex potestate: aliquādo vero exhibent ex postulatione: dū ꝛ istis vitaz increpādo abstulit ꝛ illi reddidit orādo. Nā duo quoqꝫ fidelis dei famuli bñdicti facta nūc replico: in quibus aperte clareat: ꝛ aliud nunc ex accepta diuinitus potestate: aliud ex oratione potuisse.

De ligato rustico ꝛ solo eius visu soluto. Capitu. xxxi.

Gothorū quidā zalla nomine pfidie fuit arriane: qui totile regis tēporibus eorum cōtra catholice ecclesie religiosos viros ardore imanissime crudelitatis exarsit: ita vt quisqꝫ ei clericus monachusue ante faciem suā venisset: ab eius manibꝰ viuus nullo modo exiret. Quadam vero die auaricie sue estu succēsus in rapina rerū inhiās: dum quēdam rusticum crudelibꝰ affligeret tormentis: eūqꝫ per supplicia diuersa laniaret victus penis rusticꝰ: sese res suas bñdicto dei famulo cōmēdasse pfessus: vt dū hoc a torquēte credit suspēsa interim crudelitate ad vitam aliquātulū seruaretur. Tūc isdē zalla cessauit rusticū tormētis affligere: sed eius brachia loris fortibus astringēs: ante equū suum cepit impellere: vt qs esset bñdictus qui eius res susceperat demōstraret. Quē ligatis brachijs rusticus antecedēs duxit ad sancti viri monasteriū: eūqꝫ ante ingressuz celle solū sedentē repperit ꝛ legentē. Eidem autez subsequēti ꝛ seuienti zalle rusticus dixit. Ecce iste est de quo dixerā bñdictus pater. Quē cum feruido spū cum puerse mētis insania fuisset ituitus: eo terrore quo cōsueuerat acturū se existimans: magnis cepit vocibꝰ clamare dicens. Surge surge ꝛ res istiꝰ rustici qs accepisti redde. Ad cuius vocē vir dei ptinus oculos leuauit a lectione: eūqꝫ intuitus: mox etiā rusticuz qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia dum oculos deflexisset: miro mō tanta se celeritate ceperunt ligata brachijs lora deuoluere: vt dissolutā cōcite nulla hominū festinatiōe potuissent. Cūqꝫ is qui ligatus venerat cepisset stare solutus: ad tante potestatis vim tremebundus de cella ad terram corruit: et ceruicem crudelitatis rigide ad eiꝰ vestigia inclinans oratiōibus se illius cōmendauit. Uir autem sanctus electione minime surrexit. Sed vocatis fratribus eum introrsum tolli: ut benedictionem acciperet precepit. Quem ad se reductū: ut a tante crudelitatis insania quiescere deberet admonuit. Qui fractus recedens nihil vlterius petere a rustico presumpsit: quem vir dei non tangendo sed respiciendo soluerat.

Ecce est petre quod dixi: qꝛ hi qui omnipotēti deo familiarius seruiūt: aliqñ mira facere etiam ex potestate possūt. Qui enim ferocitatem gothi terribilis sedēs pressit loꝛa vero nodosqꝫ ligature que innocētis bꝛachia strinxerūt ante oculos dissoluit: ipsa miraculi celeritate indicat: qꝛ ex potestate accepat habere qđ fecit. Rursum quale quantūqꝫ miraculum oꝛādo valuit obtinere subiungam.

De mortuo puero resuscitato. Capitu. xxxij.

Quadam die vir dei cū fratribus ad agri opera fuerat egressus: quidā vero rusticus defuncti filij corpus in vlnis ferēs: oꝛbitatis luctu estuās ad monasteriū venit: benedictum patrē quesiuit. Cui cū dictum esset: qꝛ isdem pater cū fratribus in agro moraretur: ptinus ante monasterij ianuā coꝛpꝰ extincti filij proiecit: ꝛ doloꝛe turbatꝰ ad inueniendū venerabilem patrem sese cōcitus in cursum dedit. Eadem vero hoꝛa vir dei ab agri opere iam cū fratribus reuertebat. Quē mox vt oꝛbatus rusticus aspexit: clamare cepit redde filiū meum: redde filiū meum. Uir autē dei in hac voce subsistit dicens. Nūquid ego filium tuū abstuli. Cui ille respōdit. Mortuus est: veni resuscita eū. Quod mox vt dei famulus audiuit valde cōtristatus est dicens. Recedite recedite: hec nostra nō sunt: sꝫ sanctoꝛū apostoloꝛū sunt: quid nobis onera vultis imponere que nō possumus portare. At ille quē nimiꝰ cogebat doloꝛ in sua petitiōe persistit: iurās qꝛ nō recederet nisi eius filium resuscitaret. Quē mox dei famulus inquisiuit dicens. Ubi est. Cui ille respōdit. Ecce coꝛpꝰ eius ad ianuā monasterij iacet. Ubi dū vir dei cū fratribus peruenisset: flexit genua: sup coꝛpusculū infantis icubuit: seseqꝫ erigēs ad celum palmas tetendit dicens. Dñe nō aspicias pctā mea sed fidē huius hoīs qui rogat resuscitari filium suū: ꝛ redde in hoc coꝛpusculo animā quā tulisti. Uix in oꝛatōe verba cōpleuerat ꝛ regrediēte anima ita coꝛpusculū pueri omne cōtremuit: vt sub oculis omniū qui aderant appareret cōcussione mirifica tremēdo palpitasse. Cuius mox manū tenuit: ꝛ eū patri viuentē atqꝫ incolumen dedit. Liquet petre quia hoc miraculū in potestate non habuit: quod prostratus petijt vt exhiberi potuisset. Petrus.

Si cūcta esse vt asseris cōstat: patent: qꝛ verba que ꝓposueras rebus pꝛobas. Sꝫ queso te indices si sancti viri oīa que volūt possunt ꝛ cuncta impetrāt que desiderāt obtinere. Gre.

Quisnā erit petre in hac vita sublimioꝛ paulo: q de carnis sue stimulo ter dñm rogauit: ꝛ tamen qđ voluit obtinere nō valuit. Ex qua re necesse est: vt tibi de venerabili patre bñdicto narrem qꝛ fuit quoddā quod voluit: sꝫ non valuit implere.

De miraculo scolastice soroꝛis eius. Cap. xxxiij.

Soroꝛ nāqꝫ eius scolastica nomine omnipotēti dño ab ipso infantie tpe dicata: ad eum per annū semel venire cōsueuerat: ad quā vir dei non lōge extra ianuā in possessiōe monasterij descēdebat. Quadā vero die venit ex moꝛe: atqꝫ ad eā cum discipulis venerabilis descēdit frater. Qui totū diē in dei laudibus sacrisqꝫ colloquijs ducentes incūbentibus iam noctis tenebꝛis simul acceperūt cibos. Cūqꝫ adhuc ad mēsaꝫ sederēt: ꝛ inter sacra colloquia tardioꝛ se hoꝛa ꝓtraheret: eadem sanctimonialis femina soroꝛ eius euꝫ rogauit dicēs. Queso te ne me ista nocte deseras: vt vsqꝫ mane aliqd de celestis vite gaudijs loquamur. Cui ille rñdit: quid est qđ loqueris soroꝛ: ma

nere extra cellam nullatenus possum. Tanta tūc vero erat celi serenitas vt nulla in aera nubes appareret. Sanctimonialis autē femina cū verba fratris negantis audisset: insertas digitis manus sup mensam posuit: ꝛ caput suū in manibus omnipotentē dn̄m rogatura declinauit. Cūq̧ leuaret de mēsa caput tāta corruscationis ꝛ tonitrui virtus: tātaq̧ inundatio pluuie erupit: vt neq̧ venerabilis bn̄dict⁹: neq̧ fratres qui cū eo aderāt extra loci limē quo cōsederant: pedē mouere potuissent. Sāctimonialis autē femina caput in manibus declinās: lachrymarū fluuios in mēsaȝ fuderat: p quos serenitatē aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post orationē inundatio illa secuta est. Sed tāta fuit cōuenientia orationis et inundatiōis vt de mensa caput iam cū tonitruo leuaret: quaten⁹ vnum idēq̧ esset mométum: ꝛ leuare caput ꝛ pluuiam deponere. Tūc vir dei iter corruscos ꝛ tonitruos atq̧ ingētis pluuie inundationē: videns se ad monasteriū non posse remeare: cepit cōqueri cōtristatus dicēs. Parcat tibi omnipotens deus soror: qd est qđ fecisti. Cui illa respōdit: Ecce te rogaui: ꝛ audire me noluisti: rogaui dn̄m meum: ꝛ exaudiuit me. Modo ergo si putes egredere et me dimissa ad monasteriuȝ redi. Ipse autē exire extra tectum nō valens: qui manere spōte noluit in loco māsit inuitus. Sicq̧ factū est vt totā noctē peruigilē ducerent: atq̧ p sacra spiritualia sese vicaria relatione satiarēt. Qua de re dixi eū voluisse aliquid: sed minime potuisse. Quia si venerabilis viri mentē conspicimus: dubiū nō est φ eādem serenitatē voluerit in qua descenderat permanere. Sed contra hoc qđ voluit in virtute oipotentis dei ex femineo pectore miraculū īueniat. Nec mirum φ plus illo femina que diu fratreȝ videre cupiebat: in eodē tempore valuit. Quia ergo iuxta ioānes vocem deus charitas est: iusto valde iudicio illa plus potuit: q̄ ā̄pli⁹ amauit. Petrus.

Fateor: multum placet quod dicis. De aia sororis eius visa q̄liter a corpore sit egressa. Ca. xxxiiij.

Gregori⁹.

Cumq̧ die altero eadem venerabilis femina ad cellā propriā reuertisset: vir dei ad monasterium redijt Cum ecce post triduuȝ in cella cōsistens: eleuatis in aera ocul' vidit eiusdē sororis sue animā de ei⁹ corpore egressam: in colūbe specie celi secreta penetrare. Qui tāte eius glīe cōgaudens: omnipotēti domino in hymnis ꝛ laudibus gratias reddidit eiusq̧ obitum fratribus denūciauit. Quos et protinus misit vt eius corpus ad monasterium deferrent atq̧ in sepulchro quod sibi preparauerat ponerēt. Quo facto contigit vt quorū mens vna semper in deo fuerat: eorum quoq̧ corpora nec sepultura separaret.

De mundo apud eius oculos collecto: ꝛ anima germani capuane ciuitatis episcopo. Capitu. xxxv.

Alio quoq̧ tpe seruandus diaconus atq̧ abbas eius monasterij quod in cāpanie partib⁹ a liberio quōdam patricio fuerat cōstructum: ad eū visitationis gratia ex more cōuenerat. Eius qu ppe monasteriū frequentabat. Ut quia isdem quoq̧ vir doctrina gratie celestis influebat: dulcia sibi inuicem verba vite transfunderent: ꝛ suauē cibuȝ celestis patrie quia adhuc perfecte gaudēdo non poterāt: saltem suspirēdo gustarent. Cū vero iaȝ hora quietis exigeret: turris erat in loco eodem constituta: que super totius celle habitaculū eminebat. In cui⁹ turris superioribus se seruādus diaconus col-

locauit. Quo videlȝ in loco iferiora su-
periorib⁹ puius cõtinuabatur ascẽsus.
Ante vero eandẽ turrẽ largius erat ha
bitaculũ in quo virusq; discipuli qesce
bant. Cũq; vir dñi benedictus: adhuc
quiescẽtibus fratribus instans vigilijs
nocturne orationis tpe preuenisset: ad
fenestrã stans ⁊ omnipotẽtem dominũ
deprecãs: subito in tẽpesta noctis ho-
ra respiciẽs: vidit fusam lucẽ desuper
cũctas noctis tenebras effugasse: tan-
toq; splẽdore clarescere vt diem vin-
ceret lux illa que in tenebris radiasset.
Mira autẽ res valde in hac specula-
tione secuta est: q2 sicut ipse postea nar
rauit omnis etiã mũdus velut sub vno
solis radio collectus: ante oculos eius
adduct⁹ est. Qui uenerabilis pater duȝ
intentã oculorum aciẽ in hoc splẽdore
corusce lucis infigeret: vidit germani
capuani epi animam in spera ignea ab
angelis in celũ deferri. Tunc tanti sibi
testem volẽs adhibere miraculi: seruã
dum diaconẽ iterato bis terq; eius no
mine cũ clamoris magnitudine voca-
uit. Cunq; ille fuisset insolito tanti viri
turbatus clamore ascẽdit: respexit: par
teq; iam lucis exiguã vidit. Cui tantuȝ
obstupescẽti miraculũ vir dei per or-
dinem que fuerãt gesta narrauit. Sta
timq; in cassinuȝ castrum religioso viro
theoprobo mãdauit: vt ad capuã vrbẽ
sub eadẽ nocte trãsmitteret: ⁊ quid de
germano episcopo ageret agnosceret:
⁊ indicaret. Factũq; est: ⁊ reuerẽtissi-
mum virũ germanum episcopũ is qui
missus fuerit iam defunctũ repperit: ⁊
requirens subtiliter agnouit eodẽ mo
mento fuisse illius obitum: quo vir do
mini eius agnouit ascensum. Petrus.

Ira res valde: ⁊ vehemẽter stu-
penda: sed hoc qđ dictũ est ꝙ an-
te oculos ipsius quasi sub vno solis ra-
dio collectus omnis mũdus adductus
est: sicut nusquã expertus sum: ita nec
cõmunicere scio quonam ordine fieri
potest vt mundus omnis ab homine
vno videatur. Gregorius.

Irum tene petre qđ loquor quia
anime vidẽti creatorem: angusta
est oĩs creatura. Quãlibet enim paruȝ
de luce creatoris aspexerit: breue erit
omne qđ creatum est: q2 in ipsa luce vi
sionis intime mẽtis laxatur sinus: tan-
tũq; expãditur in deo: vt superior ext
stat mũdo. Fit vero ipsa videntis aĩa:
etiam sup semetipsam. Cũq; in dei lu-
mine rapit̃: super se in interiorib⁹ am-
pliatur. Et dũ se cõspicit exaltata: cõ-
prehendit ꝙ breue sit: qđ comprehẽ-
dere humiliata nõ poterat. Vir ergo
q intueri globũ igneum: angelos quo-
q; ad celũ redeuntes videbat: hec p-
culdubio cernere nõ nisi in dei lumine
poterat. Quid itaq; mirũ si mundũ an
te collectũ vidit: qui subleuat⁹ in men-
tis lumine extra mũdum fuit. Qđ au-
tem collectus mũdus ante eius oculos
dicit̃: non celũ ⁊ terra cõtracta est: sed
uidẽtis animus dilatat⁹: qui in deo ra-
ptus videre sine difficultate potuit oẽ
quod ifra deũ est. In illa ergo luce que
exterioribus oculis fulsit: lux iterior in
mẽte fuit: que vidẽtis animũ q2 ad su-
periora rapuit: ei ꝙ angusta essent oĩa
inferiora monstrauit. Petrus.

Videor mihi utiliter nõ intellexis-
se q̃ dixeras: qñ ex tarditate mea
tantuȝ creuit expositio tua. Sed quia
hec liquide meis sensibus infudisti: q̃-
so ut ad narrationis ordinem redeas.

Qđ regulam monachorum cõscri-
pserit. Capi. xxxvi. Gregorius.

Ibet petre adhuc de venerabili
patre adhuc multa narrare: sed
quedã eius studiose pretereo: quia ad
aliorũ gesta euoluẽda festino. Hoc au
tem nolo te lateat: quod vir dei p in-

ter tot miracula q̄bus in mūdo claru-
it: doctrine uerbo quoq3 nō mediocri-
ter fulsit. Nam scripsit monachorū re
gulam discretiōe precipuam: sermone
luculentā. Cuius si quis uelit subtilius
mores uitāq3 cognoscere: potest in ea-
dem institutiōe regule: oēs magisterij
illius actus inuenire. Quia sanctus vir
nullo modo potuit alr̄ docere q̄3 uixit.

De prophetia sui exitus fratrib⁹ de-
nunciata. Capitu. xxxvij.

E Odem ṽo anno quo de hac uita
erat exiturus: quibusdā discipu-
lis secum cōuersantibus: quibusdā lon
ge manētibus: sanctissimi sui obit⁹ de-
nūciauit diem. Presentibus indicēs ut
audita per silētium tegerēt. Absentib⁹
indicēs quod vl̄ quale signū eis fieret:
quādo eius anima de corpore exiret.
Ante sextū vero sui exitus diē: aperiri
sibi sepulturā iubet. Qui mox corrept⁹
febribus acriter cepit ardore fatigari.
Cūq3 per dies singulos lāguor ingra-
uesceret: sexto die portari se in orato-
rium a discipulis fecit: ibiq3 exitū suū
dñici corporis τ sanguinis perceptiōe
muniuit: atq3 inter discipulorū manus
imbecilia mēbra sustentās: erectis i ce
lum manibus stetit: τ vltimū spiritum
inter ṽba oratiōis afflauit. Qua sc3 die
duobus eiusdē fratrib⁹ vni in cella cō-
morāti: alteri aūt longius posito reue
latio vnius atq3 indissimilis uisiōis ap
paruit. Uiderunt nāq3: q2 strata pal-
lijs atq3 innumeris corrusca lampadib⁹
via: recto orientis tramite ab eius cel-
la in celū vsq3 tendebatur. Cui venerā
do habitu vir desup clarus assistēs: cu-
ius esset via quā cernerent inqsiuit: illi
autē se nescire professi sunt. Quib⁹ ipse
ait. Hec est via qua dilectus dño bñdi
ctus celum ascēdit. Tunc itaq3 sancti
viri obitū sicut presentes discipuli vi-
derūt: ita absentes ex signo qd̄ eis pre
dictum fuerat agnouerūt. Sepult⁹ ve
ro est in oratorio beati baptiste ioban
nis quod destructa ara apollinis ipse
cōstruxit.

De insania muliere p̄ eius
specum sanata. Ca. xxxviij.

P Ui τ in eo specu in quo prius sub
lacus habitauit: nūc usq3 si peten
tium fides exigat miraculis coruscat.
Nuper nāq3 est res gesta quā narro:
q2 quedā mulier mente capta dū sen-
sum funditus perdidisset: per montes
τ valles: siluas τ campos die noctuq3
vagabatur: ibiq3 tantūmodo quiesce-
bat: vbi hanc quiescere lassitudo coe-
gisset. Quadam uero die dum nimiū
erraret: ad beati benedicti patris spe-
cum deuenit: ibique nesciens ingressa
mansit. Facto autem mane: ita sanato
sensu egressa est acsi eam nunquā in-
sania capitis vlla tenuisset. Que omni
vite sue tempore: in eadē quam acce-
perat salute permansit. Petrus.

Q Uidnam esse dicimus: q̄ ple-
runq3 in ipsis quoq3 patrocinijs
martyrum sic esse sentimus: ut nō tan
ta per sua corpora quāta beneficia per
reliquias ostendunt atq3 illi maiora si-
gna faciant: vbi minime per semetip-
sos iacent. Gregorius.

I Bi in suis corporibus sancti mar
tyres iacent dubiū petre nō est:
q̄ habeant signa monstrare sicut τ fa-
ciunt: τ pura mente querentibus inu-
mera miracula ostendunt. Sed quia
ab infirmis potest mentibus dubita-
ri: vtrum ne ad exaudiendum ibi pre-
sentes sint: vbi constat quia in suis cor
poribus non sint ibi eos necesse est ma
iora signa ostendere: ubi de eorum pre
sentia potest mens infirma dubitare.
Quorū vero mens in deo fixa est: tan-
to magis habet fidei meritum: quan-
to τ illic eos nouit τ non iacere corpo
re: τ tamen non deesse ab exauditione.

Unde ipsa quoqz veritas vt fidem discipulis augeret dixit: si nō abiero paraclitus nō veniet ad vos. Cū eniz constet: qr paraclitus spūs ex patre semp procedat & filio: cur se filius recessurū dixit. vt ille veniat q a filio nunqz recedit. Sed qr discipuli in carne dominū cernentes corporeis hūc semp ocul' videre sequebātur: recte eis dr: nisi ego abiero paraclitus nō veniet. Acsi apte diceretur: si corpus non subtraho q sit amor spiritus non ostendo. Et nisi me desieritis corporaliter cernere: nunqz me discetis spiritualr amare. Petrus. Placet quod dicis. Gregorius. Liquātum iam ex locutōe cessandum est: vt si ad aliorū miracula enarrāda tendimus: loquendi vires interim per silentium reparemus.

Explicit liber Secundus.

Incipit liber Tertius.

tia ac visione turbati: oẽs sibimet pacem dederũt: corpus ꝛ sanguinẽ redẽptoris acceperũt: deo se singuli cõmendantes: vt eorũ animas benigne susciperet: quorũ corpora in tam pauenda morte tradiderat. Sed omnipotẽs deus qui eoꝝ mentes mirabiliter terruit: eoꝝ quoq; vitã mirabilius seruauit. Nã diebus octo nauis eadẽ vsq; ad superiores tabulas aquis plena: iter propriũ peragẽs enatauit: nono autẽ die: in chotronẽsis castri portũ deducta est Ex qua exierũt omnes incolumes: qui cum pdicto venerabili viro maximiano nauigabãt. Cũq; post eos ipse quoq; fuisset egressus: mox in eiusdẽ portus profundũ nauis dimersa est: acsi illis egrediẽtibus ꝑ põdere subleuatiõe caruisset. Et que plena hoĩbus in pelago aquas portauerat atq; natauerat: maximiano cũ suis fratribus recedẽte aquas sine hominibus in portu nõ valuit portare. Ut hinc oĩpotens deꝰ ostẽderet qꝛ hanc onustã sua manu tenuerat: que ab hominibus vacua ꝛ derelicta super aquas non potuit manere.

De sanctulo presbytero ꝓuicie nursie. Cap. xxxvi.

Nte dies quoq; fere quadraginta: vidisti apud me eũ cuius superius memoriã feci: venerabilis vite presbyterũ sanctulũ nomine: qui vincia venire cõsueuerat: sed ex eadem prouincia quidã monachus ante triduũ venit: qui grauis nũcij merore me ptulit: quia eũdem virũ obisse nunciauit. Hujus ergo viri ꝛ nõ sine gemitu dulcedinis recolo: iam tamẽ sine formidine virtutes narro: quas a vicinis eius sacerdotibus mira veritate ꝛ simplicitate preditis agnoui. Et sicut inter amãtes se animos hominũ magnum charitatis secũ familiaritas ausum prebet: a me plerũq; ex dulcedine coactus ipse quoq; de his que egerat extrema quedaꝫ fateri cogebatur. Hic nãq; quodam tẽpore cum in prelo longobardi oliuas premerent vt in oleo liquari debuissẽt: sicut iocũdi erat vultus ꝛ animi vtreꝫ vacuũ ad preluꝫ detulit: laborãtesq; longobardos leto vultu salutauit. Utrem protulit: ꝛ iubendo potius q̃ꝫ petendo eum sibi impleri dixit. Sed gẽtiles viri quia iam toto die frustra laborauerant: atq; ab oliuis exigere oleum torquẽdo non poterãt: verba illius moleste susceperũt: eũq; iniurijs insectati sunt. Quibus vir dei letiori adhuc vultu rñdit. Sic me oneretis vt istuꝫ vtrẽ sanctulo impleatis: ꝛ sic a vobis reuertitur. Cũq; ꝛ illi ex oliuis oleum defluere nõ cernerent: ꝛ virum dei ad implendũ vtrem sibi insistere viderẽt: uehementer accensi: maioribus hunc uerborũ contumelijs detestari ceperũt. Uir autẽ dei videns qꝛ ex prelo oleum nullo modo exiret: aquã sibi dari petijt: quã cũctis videntibus benedixit: atq; in prelo suis manibus iactauit. Ex qua ꝓtinus benedictione tanta vbertas olei erupit: vt longobardi qui prius diu incassum laborauerant: nõ soluꝫ sua vascula omnia: sed vtrem quoq; quẽ vir dei detulerat implerent: gratias agerẽt qꝛ his qui oleum petere venerat: benedicendo dedit quod postulabat.

Lio quoq; tempore vehemens vbiq; fames incubuerat: ꝛ beati laurentij martyris ecclesia a lõgobardis fuerat incensa. Quã vir dei restaurare cupiens: multos artifices ac plures subministrãtes operarios adhibuit: quibus necesse erat vt quotidiani sumptus laborãtibus sine dilatiõe preberẽtur: sed exigẽte eiusdem famis necessitate panis defuit. Ceperũt laborãtes instanter victum querere: qꝛ vires ad laborãdum pre inopia nõ habebãt.

Quod vir dei audiēs: eōs verbis cōsolabatur: foris promittendo qđ deerat: sed ipse grauiter anxiebatur intus: exhibere cibum nō valens quē promittebat. Cum vero huc illucq3 anxius pgeret: deuenit ad clibanum in quo vicine mulieres pridie coxerant panes: ibiq3 incuruat⁹ aspexit: ne fortasse panis coquētibus remāsisset. Cum repente panē mire magnitudinis atq3 insoliti cādoris inuenit. Quē tulit quidem: s3 deferre artificibus noluit: ne forte alien⁹ esset ꝛ culpā velut ex pietate ppetrasset. Per vicinas itaq3 hūc mulieres detulit: eūq3 oībus ostendit: ac ne cui eaꝝ remāsisset inquisiuit. Oēs autē que pdie panē coxerāt suū esse negauerunt. Atq3 panes suos se integro nūero a clibano retulisse, pfesse sunt. Tūc let⁹ vir dñi prexit ad multos artifices cu3 vno pane: vt oīpotenti deo grās agerēt ammonuit: ꝛ q2 eis annonā prebuerat indicauit: eisq3 ad refectionē ptinus inuitatis inuētum panē apposuit. Quibus sufficiēter pleneq3 satiatis: plura ex eo q̄3 ipse panis fuerat: fragmēta collegit que die quoq3 altero eis ad refectionē intulit: sed id qđ ex fragmētis superat: ipsa quoq3 q̄ apposita fuerāt fragmenta superabāt. Factūq3 est: ut p dies decem oēs illi artifices atq3 operarij: ex illo vno pane satiati: hūc ꝛ quotidie ederēt: ꝛ ex eo quotidie qđ edi posset i crastinū superesset: ac si fragmēta panis illius per esum crescerēt: ꝛ cibum comedentium ora repararent. Petrus.

Ira res atq3 in exēplo dñici operis vehemēter stupenda. Grego.

Ipse petre mltos de vno pane pauit per seruū suum qui ex quinq3 panibus quinq3 milia hominū satiauit per semetipsum: qui pauca seminum grana in inumera segetū frumēta multiplicat: q2 ipa quoq3 semina pduxit ex terra: ꝛ simul oīa creauit ex nihilo. Sz ne diutius mireris quid in virtute domini venerādus uir sanctulus exterius fecerit: audi ex virtute dñi qualis interius fuit. Die etenim quadā a lōgobardis captus quidā diaconus tenebat ligatus: eūq3 ipsi q tenuerāt: interficere cogitabāt. Aduesperascēte autem die vir dei sanctulus ab eisdē lōgobardis petijt: ut relaxari eiq3 vita cōcedi debuisset. Qđ posse se facere oīno negauerunt. Cūq3 mortē illi⁹ deliberasse eos cerneret: petijt vt sibi ad custodiā tradi debuisset. Cui ptinus respōderunt: Tibi quidē custodiendū eum damus: sed ea cōditione interposita: ut si iste fugerit: p eo ipse moriaris. Qđ vir dñi libenter accipiēs: predictū diacone3 in sua suscepit fide. Quē nocte media cu3 lōgobardos oēs somno graui oppssos aspiceret: excitauit ꝛ ait: Surge: ꝛ cōcitus fuge: liberet te omnipotens deus. Sed idē diaconus pmissionis eius non īmemor: rñdit dicens: Fugere pr̄ non possum: q2 si ego fugero p me sine dubio ipse morieris. Quē vir domini sanctulus ad fugiendū compulit dicens. Surge ꝛ vade: te omnipotēs deus eripiat: nam ego in manu eius sum. Tantū in me possunt facere: q̄tum ipse permiserit. Fugit itaq3 diaconus: ꝛ quasi deceptus in medio fideiussor remāsit. Facto autē mane: lōgobardi q diacone3 ad custodiendū dederant: venerūt quē dederant petierūt: sed hūc venerandus p̄sbyter fugisse rñdit. Tūc illi inquiūt. Scis ipse melius qd inter nos cōuenit. Seruus autē dñi cōstāter ait. Scio. Cui dixerūt: Bonus hō es: nolumus te per varios cruciat⁹ mori: elige tibi mortē quam vis. Quib⁹ vir domini rñdit dicens: In manu dei su3: ea morte me occidite: qua occidi ipse me permiserit. Tunc oībus q illic aderant

lõgobardis placuit: vt eũ capite truncare debuissent: quaten⁹ sine graui cruciatu vitã eius cõpẽdiosa morte terminarẽt. Cognito itaqꝫ ꝙ sanctulus q iter eos ꝑ scitatis reuerẽtia magni honoris habebatᷣ: occidẽdus esset: oẽs q in eodẽ loco inuẽti sunt lõgobardi cõuenerũt sicut sunt nimie crudelitatis: leti ad spectaculũ cucurrerũt mortis. Circũsteterũt itaqꝫ acies. Uir aũt dñi in mediũ deductus est: atqꝫ ex oib⁹ viris fortibus elect⁹ est vnus: de quo dubiũ non eẽt ꝙ vno ictu caput eius abscinderet. Uenerãdus igitᷣ vir inter armatos deductus: ad sua arma statim cucurrit. Nã petyt vt sibi paululuꝫ orãdi licẽtia daretᷣ. Cui dũ ɔcessum fuisset in terraꝫ se strauit: ⁊ orauit. Qui dũ paulo diuti⁹ oraret: hũc electus iterfector calce pulsauit vt surgeret: dicẽs. Surge: ⁊ flexo genu tẽde ceruicem. Surrexit aũt vir dei: genu flexit: ⁊ ceruicẽ tetẽdit: sꝫ tenso collo eductaꝫ cõtra se spatã intuens: hoc vnũ fertur publice dixisse. Sancte ioãnes suscipe illã. Tũc elect⁹ carnifex euaginatũ gladium tenẽs: annissu forti in alto brachiũ percussurus leuauit: sꝫ deponere nullo mõ potuit. Nã repente diriguit: ⁊ erecto in celũ gladio: brachiũ inflexibile remãsit. Tũc oĩs longobardorũ turba que ad illud mortis spectaculũ aderat: in laudis fauore cõuersa: mirari cepit vtrũqꝫ dei venerari cũ timore. Quia ꝑfecto claruerat cuius sanctitatis esset: ⁊ qui carnificis sui brachiũ in aera ligasset. Itaqꝫ postulatus vt surgeret: surrexit. Postulat⁹/ vt brachiũ sui carnificis sanaret: negauit dicens Ego ꝓ eo nullo mõ orabo: nisi mihi ante ea iuramentũ dederit: qꝛ cũ manu ista christianũ hoieꝫ nõ occidat. Sed lõgobardus idẽ qui vt ita dicam brachiũ cõtra deuꝫ tendẽdo ꝑdiderat: pena sua exigẽte cõpulsus est iurare: se christianũ hoiem nũqꝫ occidere. Tũc vir dei precepit dicẽs: depone manuꝫ deorsum. Qui statim deposuit. Atqꝫ illico adiũxit. Remitte gladiũ in vaginã. Et statim remisit. Omnes igitᷣ virtutis hominẽ cognoscẽtes boues ⁊ iumẽta que depredati fuerãt certatim ei in munere offerre volebãt. Sꝫ vir dñi tale munus suscipe renuit: mun⁹ aũt bone mercedis quesiuit: dicens. Si mihi aliquid vultis cõcedere: oẽs captiuos quos habetis mihi tribuite: ut habeaꝫ vnde pro vobis debeã orare. Factũqꝫ est ita: ⁊ omnes captiui cum eo dimissi sunt: atqꝫ superna gratia disponente cum se vnus ꝓ vno morti obtulit: multos a morte liberauit. Petrus.

Ita res valde: ⁊ quãuis hanc ab alijs cognouerim: vere tamen fateor: quia mihi quotiens narraturᷣ: innouatur. Gregorius.

Nihil i hac re in sanctulo mireris: sed pẽsa si potes qs ille spũs fuerit q eius tam simpliceꝫ mentẽ tenuit: atqꝫ in tãto virtutis culmĩe erexit. Ubi enim eius anim⁹ fuit: quãdo mori pro ꝓximo tam cõstanter decreuit: ⁊ ꝓ tẽporali vita fratris vni⁹ despexit suam: atqꝫ sub gladio ceruicẽ tetẽdit. Que ergo vis amoris illud cor tenuit: qđ mortem suã ꝓ vnius salute ꝓximi nõ expauit. Scimus certe qꝛ idẽ venerabilis vir sanctulus ipsa elemẽta litterarum plene nõ nouerat: legis ꝓcepta nesciebat. Sed qꝛ plenitudo legis est charitas: legem totã in dei ac ꝓximi dilectiõe seruauit. Et qđ foris in cognitione nõ nouerat: ei intus viuebat in amore. Et q nũqꝫ fortasse legerat: qđ de redemptore nostro iohannes apostolus dixit. Quoniã sicut ille pro nobis animã posuit: sic ⁊ nos debemus ꝓ fratrib⁹ aiam ponere: tam sublime apostolicũ preceptuꝫ faciẽdo magis qꝫ sciẽdo nouerat.

Cõparemus si placet cũ hac nr̃a indocta scientia illius doctaz i gnorãtiã: vbi hec nostra iacet: ibi illius disciplia eminet. Nos de virtutibꝰ vacui loqmur: ꝛ q̃si inter fructifera arbusta positi: odoramur poma: nec mãducamꝰ. Ille vir tutuz fructus carpe nouerat: q̃zuis hos in verbis odorari nesciebat. Petrus.

Uidnã queso te esse existimas: q̃ boni quiq; subtrahunt̃: ꝛ qui viuere ad edificationẽ multorũ poterũt: aut penitus inueniri nequeũt: aut certe oĩmodo rarescunt. Gregorius.

Malitia remanentiũ meret̃: ut hi q̃ pdesse poterãt: festine subtrahãtur. Et cũ mundi finis appropinquat: electi tollunt̃ ne deteriora videãt. Hic etenim ꝑpheta ait. Justus peryt: ꝛ non est q̃ recogitet in corde suo: ꝛ viri misericordie colligũtur: q2 nõ est qui intelligat. Hinc rursum scriptũ est. Aperite ut exeãt qui cõculcent eam. Tollite de via lapides. Hic salomõ ait. Tempus mittẽdi lapides: ꝛ tp̃s colligendi. Quo igitur mũdi finis vrget: eo necesse ẽ vt viui lapides ad edificiũ celeste colligãtur: quatenus hierusalẽ nostra in mensurã sue cõstructionis excrescat. Nec tamẽ ita electos oẽs subtrahi credimus: ut soli in mũdo puersi remaneãt. Quia nunq̃; peccatores ad lamentũ penitentie redirẽt: si nulla essent bonorũ exempla: que eoꝝ mentes traherẽt. Petrus.

Ncassũ subtrahi bonos q̃ror: qui caterruatim pire ꝛ malos video.

De visione redempti ferẽtine ciuitatis episcopi. Capi. xxxv. Gregorius.

Ac de re petre nihil mireris. Naz redẽptum ferẽtine ciuitatis ep̃m uite venerabilis virũ qui ante hos annos fere septẽ ex hoc mũdo migrauit: tua dilectio cognitũ habuit. Hic sicut mihi adhuc in monasterio posito familiariter iũgebatur hoc quod iohannis iunioris predecessoris mei tẽpore de mundi fine cognouerat: sicut longe lateq; claruerat a me requisitus mihi ipse narrabat. Aiebat nãq;: quia quodaz die dum parrochias suas ex more circũiret: peruenit ad ecclesiã beati martyris euticy. Aduesperascẽte autẽ die: stratum sibi fieri iuxta sepulchrũ martyris voluit: atq; ibi post laborẽ quieuit. Cuz nocte media vt asserebat: nec dormiebat nec perfecte vigilare poterat: sed depressus vt solet somno grauabatur quodam põdere vigilãs animus: atq; ante euz idẽ beatus martyr euticius astitit dicens: Redempte vigilas. Cui respondit. Uigilo. Qui ait. Finis venit vniuerse carnis. Finis venit vniuerse carnis. Finis venit vniuerse carnis. Postquã autem vocem: visio martyris que eius mẽtis oculis apparebat euanuit. Tũc vir domini surrexit: seq; in orationis lamẽtum dedit. Mox enim illa terribilia in celo secuta sunt signa: vt in aera haste atq; acies ignee ab aquilonis parte viderentur. Mox effera lõgobardorum gens de vagina sue habitatiõis educta in nostra ceruice crassata est. Atq; humanum genus quod in hac terra pre multitudine nimia: quasi spice segetis more surrexerat: succisum aruit. Naz depopulate vrbes: euersa castra: concremate ecclesie: destructa sunt monasteria virorum atq; feminaruz: desolata predia ab hominibꝰ atq; ab omni cultura destituta: in solitudine vacat terra: nullus hãc possessor inhabitat. Occupauerunt bestie loca que priꝰ multitudo hominũ tenebat. Et quid i alys mundi partibus agat̃ ignoro. Nam in hac terra in qua nos viuimus: finem suũ mundus nõ iam nunciat: sed ostendit. Tanto ergo nos necesse est instantius eterna querere: quanto a no-

bis cognoscim⁹ velociter tp̄alia fugisse. Desp ciendus a nobis hic mūdus fuerat etiā si blādiret̄: si rebus ꝓsperis demulceret animū. At postq̄ꝫ tot flagellis p̄mit̄: tanta aduersitate fatigatur tot nobis quotidie dolores ingeminat quid nobis aliud q̄ꝫ ne diligat̄ clamat. Multa aūt fuerant que adhuc de electoꝝ factis narrari debuissent: sed hec silentio supprimo: quia ad alia festino.

Petrus.

Uia multos itra sancte ecclesie gremiū cōstitutos de vita anime post morte carnis ꝑpendo dubitare: queso vt debeas uel q̄ ex ratione suppetūt: uel si qua aiaruꝫ exempla aio occurrunt: ꝑ multoꝝ edificatione dicere: vt hi q̄ suspicātur discant cuꝫ carne aiam non finiri.

Gregorius.

Aboriosum valde hoc opus est: ꝛ marie occupato aio atq̄ꝫ ad alia tendēti. Sed si sunt q̄bus prodesse valeat: voluntatē meā ꝑculdubio postpono vtilitati proximoꝝū: ꝛ in q̄ꝫtum deo largiente valuero: q̄ anima post mortem carnis viuat: subsequēti hoc quarto volumine demonstrabo.

Explicit liber Tertius.

Incipit liber Quartus.

Qđ eterna supplicia ideo a carnalibus minus credātur: q̄ꝛ ea que audiūt per experimētum minime nouerunt: que etiam videri non possunt. Capi. i.

Postquā de paradisi gaudijs culpa exigente expulsus est p̄mus humani generis parēs in huius exilij atq̄ꝫ cecitatis quā patimur erūnaꝫ venit: quia peccādo extra semetipsum fusus: iam illa celestis patrie gaudia que prius cōtemplabatur videre nō potuit. In paradiso quippe homo assueuerat verbis dei perfrui: beatoꝝū angeloꝝū spiritib⁹ cordis mūdicia ꝛ celsitudine visiōis interesē. Sed postquā huc cecidit: ab illo quo iplebātur mentis lumine recessit. Ex cuius videlicet carne nos in huius exilij cecitate nati: audimus quidē esse celestem patriā: audimus ei⁹ ciues angelos dei: audimus eoꝝūdem angeloꝝ socios spiritus iustorum ꝛ perfectoꝝū: sed carnales quippe quia illa inuisibilia scire nō valent per experimētum: dubitāt vtꝝne sit quod corporalibus oculis nō vident. Que nimirū dubietas primo parenti nostro esse nō potuit: quia exclusus a paradisi gaudijs hoc quod amiserat quoniā viderat recolebat. Hi autē sentire vel recolere audita nō possunt: quia eoꝝū nullus sicut ille saltē de preterito experimētum tenet. Ac si ꝑgnās mulier mittatur in carcerē ibiq̄ꝫ puerum pariat: qui natus puer in carcere nutriatur ꝛ crescat. Cui si fortasse mater que hūc genuit: solē: lunam: stellas: mōtes ꝛ campos: aues volātes: currentes equos nominet. Ille vero qui est in carcere natus ꝛ nutritus: nihil aliud q̄ꝫ tenebras carceris sciat: ꝛ hec quidē esse audiat. Sed quia ea per experimētum nō nouit: ꝛ veraciter esse diffidat. Ita in hac exilij sui cecitate nati homines: dū esse summa ꝛ inuisibilia audiūt diffidunt an vera sint quia sola hec infima in quibus nati sunt visibilia nouerunt. Unde factum est: vt ipse visibiliuꝫ ꝛ inuisibiliū creator ad humani generis redemptionē vnigenitus patris veniret: ꝛ spiritū sanctum ad corda nostra mitteret: quatenus per eum viuificati crederemus que adhuc scire experimēto non possum⁹. Quotquot ergo hunc spiritū hereditatis nostre pignus accepimus: de vita inuisibilium nō dubitamus. Quisq̄s aūt in hac credulitate adhuc solidus nō est: deꝫ ꝑculdubio maiorum dictis fidem prebe-

re eisqꝫ iam per spm̄ sanctū inuisibiliū experimētum habētibus credere. Qꝛ ꝛ stultus est puer si matrē ideo estimat de luce mētiri: qꝛ ipse nihil aliud q̄ꝫ tenebras carceris agnouit. Petrus.

PLacet valde qđ dicis. Sed q esse inuisibilia nō credit: profecto infidelis est. Qui vero īfidelis est: in eo qđ dubitat fidem nō querit: sed rationē.

Quod sine fide neqꝫ infidelis viuat. Capitu. ij. Gregorius.

UIdenter dico: qꝛ sine fide neqꝫ infidelis viuit. Nā si eūdem infidelem percūctari voluero quē patrē vel quā matrem habuerit: ꝓtinus respondet. Illū atqꝫ illā. Quē si statim regraꝫ vtrū ne nouerit qñ conceptus sit: vł viderit qñ natus: nihil hoꝛū se vel nosse vel vidisse fatebit: ꝛ tñ quod nō vidit credit. Nā illū patrē illāqꝫ se habuisse matrē absqꝫ dubitatōe testaī. Petrus

FAteoꝛ qꝛ nūc vsqꝫ nesciui: qđ ꝛ infidelis haberet fidem. Gregorius

HAbent etiā infideles fidē: sꝫ vtinā in deū: quam si vtiqꝫ haberēt: infideles nō essent. Sed hinc in sua persidia redarguēdi sunt: hinc ad fidei gratiam prouocādi: qꝛ si de ipso suo visibili corpoꝛe credunt: qđ minime viderūt cur inuisibilia nō credunt q̄ corpoꝛalr̄ videre nō possunt. Nam qꝛ post moꝛtem carnis viuat aīa: patet rō: sed fidei admixta.

Qđ tres vitales spiritus sunt creati. Capitu. iij.

TRes quippe spūs creauit oīpotens deus. Unū qui carne nō tegitur. Aliū qui carne tegiī: sed nō cum carne moriī. Tertiū qui carne tegitur ꝛ cū carne moꝛitur. Spūs nāqꝫ q carne nō tegitur: est angeloꝝ. Spūs q carne tegiī: sed cū carne nō moriī: hoīum. Spūs qui carne tegiī ꝛ cum carne moritur: iumētoꝛum omniūqꝫ brutoꝛum aīaliū. Homo itaqꝫ sicut in medio creatus est vt esset inferioꝛ angelo: superioꝛ iumēto: ita habet aliquid cōe cuꝫ summo: aliqd cōe cū infimo. Immoꝛtalitatem scꝫ spūs cum angelo: moꝛtalitatē vero carnis cū iumento: quousqꝫ ꝛ ipsam moꝛtalitatē carnis gloꝛiā resurrectiōis absoꝛbeat: ꝛ inherēdo spūi caro seruetur in perpetuū: qꝛ ꝛ ipse spiritꝰ inherēdo carni: seruaī in deuꝫ. Que tamen caro nec in reꝓbis inter supplicia pfecte deficit: qꝛ semper deficiendo subsistit: vt qui spiritu ꝛ carne peccauerunt: semper essentialr̄ viuentes: ꝛ carne ꝛ spū sine fine moriaī.

De questione salomonis qua dicit: vnꝰ est interitus hoīs ꝛ iumētoꝝ. Ca. iiij. Petrus.

RAtioni fidelium placēt cūcta que dicis: sed queso te dū spūs hoīum atqꝫ iumētoꝛum tāta distinctione discernas: quid est qđ salomon ait: dixi in coꝛde meo de filijs hoīum vt probaret eos deus: ꝛ ostēderet similes esse bestijs. Idcirco vnus interitus est hoīs ꝛ iumētoꝛum: ꝛ equa vtriusqꝫ conditio. Qui adhuc eandē sentētiam suā subtiliter exequēs: adiūgit. Sicut moritur homo: sic ꝛ illa moriunī. Similiter spirant oīa: ꝛ nihil habet hō iumētis amplius. Quibꝰ adhuc verbis generalem diffinitionē subinfert dicēs. Cūcta subiacent vanitati: ꝛ oīa pergūt ad vnum locum. De terra facta sūt: ꝛ in terra pariter reuertuntur. Gregorius.

SAlomonis liber in quo hec scripta sunt: ecclesiastes appellatꝰ est. Ecclesiastes autē ꝓprie cōcionatoꝛ dicitur. In cōcione vō sentētia ꝓmiī: per quā tumultuose turbe seditio cōprimatur. Et cū multi diuersa sentiāt: p concionātes rōne ad vnam sniam ꝑducuntur. Hic igiī liber idcirco cōcionatoꝛ dr̄: qꝛ salomō in eo quasi tumultuantis turbe suscepit sensum: ut ea p inq̄sitionem dicat: que foꝛtasse p tēptationem

impita mens sentiat. Nam quot senté-
tias quasi per inquisitionē mouet:qua
si tot in se personas diuersoꝝ suscipit.
Sed cōcionator verax velut extēsa ma
nu omniū tumultus sedat:eosq; ad vnā
sniam reuocat:cum in eiusdē libri ter-
mino ait. Finem loquēdi oēs pariter
audiamus. Deū time:ꝛ mandata ei⁹ ob
serua:hoc est oīs hō. Si enim in libro
eodē per locutionem suā multoꝝ per-
sonas nō susceperat:cur ad audiēdum
loquēdi finem secū pariter oēs admo-
nebat. Quia igit̄ in fine libri dicit om-
nes pariter audiam⁹:ipse sibi testis est
q: in se multorū personas suscipiēs:q̄si
solus locutus nō est. Unde ꝛ alia sunt q̄
in libro eodē per inq̄sitionem mouen-
tur:atq; alia que per rōnē satisfaciūt:
alia que ex tēptati profert animo:atq;
adhuc huius mūdi delectatiōibus de-
diti:alia vero in q̄bus ea que rōnis sunt
disserat:atq; animū a delectatiōe com
pescat. Ibi nāq; ait. Hoc itaq; mihi vi
sum est bonū: vt comedat q̄s ꝛ bibat:ꝛ
fruat̄ leticia ex labore suo. Et lōge in-
ferius subiūgit. Melius est ire ad do-
mū luctus:q̄; ad domū cōuiuij. Si eni
bonū est mādicare ꝛ bibere:meli⁹ fu-
isse videbat̄ ad domū cōuiuij pgere:q̄;
ad domū luctus. Ex qua re ostēdit q:
illud ex infirmātiū persona intulit:hoc
vero ex rōnis diffinitiōe subiūxit. Naꝫ
ipsas ptinus rōnis causas edisserit:ꝛ de
domo luctus que sit vtilitas ostēdit di-
cēs. In illa enim finis cūctoꝝ admone-
tur hoīum:ꝛ viuēs cogitat q̄d futuruꝫ
sit. Rursum illic scriptū est. Letare iu-
uenis in adolescentia tua:ꝛ paulo post
subdit̄. Adolescētia eni ꝛ voluptas va-
na sunt. Qui dū hoc postmodū vanum
esse redarguit quod prius ammonuis-
se videbat̄:patenter indicat:q: illa q̄si
ex desiderio carnali verba itulit. Hec
vero ex iudicij veritate vel rōne sub-
iunxit. Sicut ergo delectationē prius
carnalium exprimēs curis postpositis
denūciat bonum esse manducare ꝛ bi-
bere:quod tamē postmodū ex iudicij
rōne reprehēdit:cum esse melius dicit
ire ad domū luctus q̄; ad domū cōui-
uij. Et sicut letari debere iuuenem in
adolescētia sua quasi ex deliberatione
carnaliū pponit:ꝛ tamē postmodū per
definitionē sentētie adolescētiam ꝛ vo
luptatē vanam esse redarguit:ita etiaꝫ
cōcionator noster velut ex mēte infir-
mantiū humane suspitiōis sentētiā p-
ponit dū dicit: vnus interitus est homi
nis ꝛ iumētorum:ꝛ equa vtriusq; cōdi
tio. Sicut morit̄ homo:sic ꝛ illa moriū
tur. Similr̄ spirāt omnia:ꝛ nihil habet
homo iumēto amplius. Qui tamen ex
diffinitiōe rōnis suam postmodū senté
tiā pfert dicens. Quid habet ampli⁹ sa
piēs stulto. Et quid paup:nisi vt pgat
illuc vbi est vita. Qui igit̄ dixit nihil ha
bet homo iumēto amplius:ipse rursus
definiuit:q: habet aliq̄d sapiēs non so
lum amplius iumēto:sed etiam ab ho-
mine stulto: videlꝫ vt pgat illuc vbi est
vita Quib⁹ verbis primū indicat: q:
hominū hic vita non est:quā esse alibi
testatur. Habet ergo hoc amplius iu-
mentis:q illa post mortem nō viuunt:
hic vero tunc viuere inchoat:cum per
mortem carnis hāc visibilē vitā con-
sumat. Qui etiam longe inferius dicit.
Quodcūq; potest man⁹ tua facere in-
stanter operare:quia nec opus:nec ra-
tio:nec scientia:nec sapiētia erit apud
iferos quo tu properas. Quomodo er
go vnus interitus est hominis ꝛ iumen
ti:ꝛ equa vtriusq; cōditio. Aut quomo
do nil habet homo iumētis amplius:
cum iumēta post mortem carnis nō vi
uant. Hominū vero spiritus pro ma-
lis suis operibus:post mortē carnis ad
inferos ducti:nec in ipsa morte moriū-

tur: sed in vtraqz tam dispari sententia demonstratur: qz concionator verax et illud ex temptatione carnali intulit: et hoc postmodum ex speciali veritate definiuit.

LIbet me nescisse quod Petrus. requisiui: dum me in tanta subtilitate contigit discere quod nesciui. Sz quesote vt me equanimiter feras: si ipse quoqz apud te more ecclesiastes nostri infirmantium in me personam suscepero: vt eisdem infirmantibus prodesse propinquis: quasi per eorum inquisitionem possiz. Greg.

CUr condescendentem te infirmitati proximorum equanimiter non feram: cum paulus dicat: Omnia omnibus factus sum: vt omnes facerem saluos. Quod ipse quoqz dum ex condescensione charitatis egeris: in hac re amplius venerari debes: in qua morem egregij predicatoris imitaris. De questione anime manentis in corpore. Capi. v. Petrus.

QUodam fratre moriente me presentem fuisse contigit: qui repente dum loqueretur vitalem emisit flatum. Et quem prius mecum loquentem videbam subito extinctum vidi: sed eius anima vtrum egressa sit: an non egressa sit non vidi. Et valde duruz videtur vt credatur res esse: quam nullus valet videre. Gregorius.

QUid mirum petre si egredientem animam non vidisti: quam et manentem in corpore non vides. Nunquid naz modo cum mecum loqueris: quia videre in me non vales animam meam idcirco me exanimem credis. Natura quippe anime inuisibilis est: atqz ita ex corpore inuisibiliter egreditur sicut in corpore inuisibiliter manet. Petrus.

SEd vitam anime in corpore manentis pensare possum ex ipsis motibus corporis: quia nisi corpori anima adheserit eiusdem membra corporis moueri non possent. Uitam vero anime post carnem quibus motibus quibusue operibus sit non video: sed vt ex rebus visibilibus esse colligam quod videre non possum exposco.

Quod vita anime sicut deprehenditur ex motu membrorum: sic vita anime post corpus in sanctis pensanda est ex virtute miraculorum. Capitu. vi. Grego.

NOn quidem similiter: sed dissimiliter dico: quia sicut vis anime viuificat et mouet corpus: sic eis diuina implet que creauit omnia: et alia inspirando viuificat: alijs tribuit vt viuant: alijs vero hoc solummodo prestat vt sint. Quia vero esse non dubitas creantem et regentem: implentem et circumplectentem: transcendentem et sustinentem: incircumspictum atqz inuisibilem deum: ita dubitare non debes hunc inuisibilia obsequia habere. Debent quippe ea que ministrant ad eius similitudinem tendere cui ministrant: vt que inuisibili seruiunt: esse inuisibilia non dubitentur. Hec autem que esse credimus: nisi sanctos angelos et spiritus iustorum. Sicut ergo ex motu considerans corporis: vitam anime in corpore manentis perpendis animo: ita vitam anime exeuntis a corpore perpendere debes a summo quia potest inuisibiliter viuere: quam oportet in obsequio inuisibilis conditoris manere. Petrus.

REcte totum dicitur: sed mens refugit credere: quod corporeis oculis non valet videre. Gregorius.

CUm paulus apostolus dicat: est enim fides sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium hoc veraciter dicitur credi: quod non valet videri. Nam credi iaz non potest quod videri potest. Ut tamen te breuiter reducam ad te: nulla visibilia nisi per inuisibilia videntur. Ecce enim cuncta corporea oculus tui corporis aspicit: nec tamen ipse corporeus aliquid corporeum videret: nisi hunc res incorporea ad videndum acueret.

Nam tolle mentē que nō videt̃: icassuȝ patet oculus q̄ uidebat. Subtrahe animā corpori: remanēt ꝓculdubio oculi in corpore apti. Si igit̃ per se uidebāt: cur discedēte anima nihil vidēt. Hinc ergo collige: q: ipsa quoqȝ uisibilia: nō nisi per inuisibilia uidētur. Ponamus quoqȝ ante oculos mētis edificare domū: imensas moles leuare: pēdere magnas in machinis colūnas: quis q̄so te hoc opus opatur: corpus uisibile qd̄ illas moles manibus trahit: an inuisibilis aīa que uiuificat corp⁹. Tolle enim quod nō uidet̃ in corpore: ⁊ mox īmobilia remanēt cuncta que moueri videbantur visibilia corp̄a metallorum. Qua ex re pēsandum est: quia in hunc quoqȝ mundū visibile nihil nisi p creaturam inuisibilē disponi pōt. Nā sicut oīpotēs deus aspirādo vel implēdo ea que rōni subsistunt: ⁊ viuificat ⁊ mouet inuisibilia: ita ipsa quoqȝ visibilia implendo mouēt: atqȝ sensu viuificāt carnalia corpora que uidētur. Petrus.

I Stis fateor allegatōibus libēter victus: ꝓpe nulla iam esse hec visibilia existimare cōpellor: qui pri⁹ in me infirmātium ꝑsonas suscip ens: de inuisibilib⁹ dubitabā. Itaqȝ placēt cūcta que dicis: sed tñ sicut vitā anime in corpore manētis ex motu corpis agnosco: ita vitā aīe post corp⁹ aptis q̄busdā rebus attestātib⁹ agnoscere cupio.

H Ac in re si cor pa- Gregorius. ratū tue dilectiōis inuenio: in allegatōe minime laboro. Nunq̄d nā sancti apostoli ⁊ martyres x̄pi p̄ntem vitā despicerēt: in morte carnis aīas ponerent: nisi certiorē anima℞ vitaȝ subseq scirēt. Tu v̄o ipse inquies: q: vitam aīe in corpore manētis ex motibus corpis agnoscis: ⁊ ecce hi qui aīas in morte posuerūt: atqȝ aīarum vitā post mortem carnis esse crediderūt: quotidianis miraculis coruscāt. Ad extincta nāqȝ corpora eo℞ viuentes egri ueniūt ⁊ sanātur: periuri veniūt ⁊ demonio uexant̃ demoniaci ueniūt ⁊ liberātur. Leprosi veniunt ⁊ mūdantur: deferūtur mortui ⁊ suscitant̃. Pensa itaqȝ eorū anime qual̄r viuūt: illic ubi viuūt: quorū hic ⁊ mortua corpora in tot miraculis uiuunt. Si igit̃ vitam aīe manētis ī corpore deprehēdis ex motu mēbrorūȝ: cur non perpendis uitam anime post corpus etiam per ossa mortua in uirtute miraculorum. Petrus.

N Ulla ut opinor huic allegatiōi ratio obsistit: in qua ex reb⁹ uisibilibus cogimur credere qd̄ nō videmus.

De egressibus anima℞. Ca. vij. Gre.

PAulo supius questus es moriētis cuiusdā egrediētem te aiam non uidisse: sed hoc ip̄m iam culpe fuit: qd̄ corporeis oculis rē uidere inuisibilem quesisti. Nā multi nr̄o℞ mētis oculum fide pura ⁊ uberi rōne mūdātes: egrediētes e carne aīas frequēter uiderūt. Unde mihi nūc necesse ē uel qualiter egrediētes aīe vise sint: uel quāta ipse dum egrederent̃ uiderint enarrare q̄tenus fluctuāti animo qd̄ plene rō non ualet: exēpla suadeant.

De egressu germani capuani ep̄i. Capitu. viij.

N secūdo nāqȝ huius opis libro iam p̄fatus sum: q uir venerabil̄ bñdictus sicut a fidelib⁹ eius discipulis agnoui: lōge a capuana vrbe posit⁹: germani eiusdē vrbis ep̄i aiam: nocte media in globo igneo ad celū ferri ab angelis asperit. Qui eādē quoqȝ ascendētem aiam intuēs: mentis laxato sinu: quasi sub vno solis radio cūctuȝ in suis oculis mundum collectum vidit.

De egressu aīe speciosi mōachi. Capitu. ix.

Isdē quoqȝ discipul̄ illius narrātibus didici: q: duo nobiles viri atqȝ exteriorib⁹ studijs eru-

diti germani fratres: quorum vnus speciosus alter vero gregorius dicebatur: eius se regule in sanctam conuersatione tradiderunt. Quos idem venerabilis pater in monasterio quod iuxta terracinensem vrbem construxerat fecit habitare. Qui multas quidem pecunias in hoc mundo possederant: sed cuncta pauperibus pro animarum suarum redemptione largiti sunt: et in eodem monasterio permanserunt. Quorum vnus scilicet speciosus dum pro vtilitate monasterij iuxta capuanam vrbem missus fuisset: die quadam frater eius gregorius cum fratribus ad mensam sedens atque conuescens per spiritum subleuatus aspexit: et vidit speciosi germani sui animam tam longe a se positi de corpore exire. Quod mox fratribus indicauit: et cucurrit: iamque eundem fratrem sepultum repperit: quem tamen ea hora qua viderat exisse de corpore inuenit.

De anima inclausi cuiusdam. Capi. x.

Quidam autem religiosus atque fidelissimus vir: adhuc mihi in monasterio posito narrauit: quod aliqui de sicilie partibus nauigio romam petentes: in medio mari positi cuiusdam serui dei qui in samnio fuerat inclusus: ad celum ferri animam viderunt. Qui descendentes ad terram causamque an ita esset acta perscrutantes: illo die inuenerunt obijsse dei famulum: quo hunc ad regna celestia ascendisse cognouerunt.

De egressu anime spei abbatis. Cap. xi.

Adhuc in monasterio meo positus: cuiusdam venerabilis viri relatione cognoui quod dico. Aiebat enim quia venerabilis pater nomine spes monasterium construxit in loco cui vocabulum caple est: qui sexti miliarij interiacente spatio a vetusta nursie vrbe disiungitur. Hunc omnipotens et misericors deus ab eterno verbere flagellando protexit: eique dispensationis sue maximam seueritatem seruauit et gratiam. Quantumque eum prius flagellando diligeret: postmodum perfecte sanando monstrauit. Eius namque oculos per quadraginta annorum spacium continue cecitatis tenebris pressit nullum ei lumen vel extreme visionis aperiens. Sed quia nemo in verbere illius gratia se destituente subsistit: et nisi idem misericors deus qui penam irrogat patientiam prestet: mox per impatientiam peccatum nobis ipsa auget correptio peccatorum. Fitque modo miserabili vt culpa nostra vnde sperare debuit terminum inde sumat augmentum. Idcirco nostra deus infirma conspiciens: flagellis suis custodiam permiscet: atque in percussione sua electis filijs nunc misericorditer iustus est: ut sint quibus postea debeat iuste misereri. Unde venerabilem senem dum exterioribus tenebris premeret: interna nunquam luce destituit. Qui cum flagello fatigaretur corporis: habebat per sancti spiritus custodiam consolationem cordis. Cum vero iam anni quadragesimi fuisset in cecitate tempus exemptum: ei dominus lumen reddidit: vicinum suum obitum denunciauit: atque vt monasterijs circumquaque constructis verbum vite predicaret admonuit: quatenus corporis recepto lumine: visitatis in circuitu fratribus: cordis lumen aperiret. Qui statim iussis obtemperans fratrum cenobia circumiuit: mandata vite que agendo didicerat predicauit. Quintodecimo igitur die: ad monasterium suum pacta predicatione reuersus est. Ibique fratribus conuocatis astans in medio sacramentum dominici corporis et sanguinis sumpsit: moxque cum eis mysticos psalmorum cantus exorsus est. Qui illis psallentibus orationi intentus animam reddidit. Omnes vero fratres qui aderant ex ore eius exisse columbam viderunt: que mox aperto tecto oratorij egressa aspicientibus fratribus penetrauit celum. Cuius idcirco animam in columbe specie apparuisse credendum est: vt omnipotens deus ex hac ipsa specie ostenderet eis: vir ille quam simplici corde fuisset.

De egressu anime presbiteri vrsini. Ca. xij. Gre.

Sed neque hoc sileam quod vir venerabilis abbas stephanus: qui non longe

ante hoc in hac vrbe defunctus est: quē ipse ēt bene nosti: in eadē prouincia nursie cōtigisse referebat. Aiebat enī q illic presbyter quidam cōmissam sibi cū magno timore regebat ecclesiā. Qui ex tempore ordinis accepti: presbyterā suā vt sororem diligēs: sed quasi hostē cauēs: ad se propius accedere nunq̄ sinebat. Eāq̄ sibimet propinquare nulla occasiōe permitteēs: ab ea sibi cōionē funditus familiaritatis absciderat. Habēt quippe sancti viri hoc proprium. Nā vt semper ab illicitis lōge sint a se plerūq̄ ēt licita abscindunt. Unde idē vir ne vnq̄ per eam incurreret culpā: sibi etiā ministrari per illā recusabat necessaria. Hic quoq̄ venerabilis presbyter cum lōgā vite īplesset etatē: anno quadragesimo ordinationis sue: inardescēte grauiter febre correptus: ad extrema deductus est. Sed cum eū sanctimonialis presbytera sua cōspiceret solutis iam mēbris: quasi in morte distēsum: si qd adhuc ei vitale spiramē inesset: naribus eius apposita curauit audignoscere. Qd ille sentiēs cui tenuissimus inerat flatus: quātulo annisu valuit vt loqui potuisset inferuescēte spiritu collegit vocē: atq̄ erupit dicēs. Recede a me mulier: adhuc igniculus viuit: paleā tolle. Illa igitur recedēte: crescēte virtute corporis cū magna cepit leticia clamare dicēs: Bene veniāt domini mei: bene veniant domini mei. Quid ad tantillū seruulū vestrū estis dignati conuenire. Venio: venio: gratias ago gratias ago. Cūq̄ hoc iterata crebra voce repeteret: quibus hoc diceret noti sui qui illū circūsteterant requirebant. Quibus ille admirando rn̄dit dicēs. Nunquid cōuenisse hic sanctos apostolos nō videtis. Beatū petrū et paulū primos apostolorum nō aspicitis. Ad quos iterū cōuersus dicebat. Ecce venio: ecce venio. Atq̄ inter hec verba animam reddidit. Et quia veraciter sanctos apostolos viderit: eos etiā sequēdo testatus est. Quod plerūq̄ cōtigit iustis: vt in morte sua sanctorū precedētium visiōes aspiciant: ne in ipsa morte sua penalē sentētiam pertimescāt. Sed dū eorum mēti internorum ciuium societas ostēditur: a carnis sue copula sine doloris et formidinis fatigatione soluantur.

De aīa probi reatine ciuitatis epi. Capitulum .xiij.

Qua de re neq̄ hoc silleam: qd probus oīpotētis dei famulus qui nunc in hac vrbe in monasterio presto est qd appellatur renati: de probo patruo suo reatine ciuitatis episcopo: mihi narrare consueuit dicens. Quia appropinquāte vite eius termino eū grauissima depressit egritudo. Cuius pater noie maximus pueris circūquaq̄ trāsmissis colligere medicos studuit: si fortasse eius molestie subuenire potuissent. Sed cōgregatis ex vicinis locis medicis vndiq̄: ad tactum vene denūciauerūt eius exitum citius affuturū. Cum vero iam tempus refectionis incūberet: atq̄ diei hora tardior excreuisset: venerādus episcopus de illorū potius q̄ de sua salute sollicitus: eos qui aderāt admonuit cū sene patre suo in superioris episcopij sui partes ascēdere: seq̄ post laborem reficiēdo reparare. Oēs igitur ascēderunt domū: vnus ei tantūmodo paruulus relictus est puer: quē nūc quoq̄ predictus probus asserit superesse. Qui dū lecto iacētis assisteret: subito aspexit intrantes ad virum dei quosdā viros stolis candidis amictos: qui eūdem quoq̄ candorē vestiū: vultū suorum luce vincebant. Qui ex splendoris eorū claritate perculsus quinā illi essent: emissa cepit voce clamare. Qua voce etiā probus eps cōmotus eos intrātes aspexit et agnouit atq̄ eundem stridentē vagientēq̄ puerū cōsolari ce

pit dicēs. Noli timere: qꝛ ad me sanct⁹ iuuenalis ꝛ sanct⁹ eleutherius venerūt. Jlle aūt tante visiōis nouit atē non ferēs: cursu ꝯcito ex fores fugit: atqꝫ eos quos viderat patri ac medicis denunciauit. Qui cōcite descēderūt: sed egrū quē reliquerāt iaꝫ defunctū iuenerūt. Quia illi eū secum tulerant: quoꝝ puer uisionē ferre nō potuit: qui ibi remāsit.

De trāsitu galle ancille dei. Ca. xiiij.

INterea neqꝫ hoc silēduꝫ arbitroꝛ qđ mihi ꝑsonarū grauiū atqꝫ fidelium est relatiōe cōpertū. Gothoꝝ nāqꝫ tꝑib⁹ galla hui⁹ vrbis nobilissima puella: simmachi cōsulis ac patricij filia: intra adolescētie tꝑa marito tradita i vnius āni spacio ei⁹ ē morte viduata. Quā dū feruēte mūdi copia ad iterādū thalamū ꝛ opes ꝛ etas vocarēt: elegit magis spūalib⁹ nuptijs copulari deo: in quibus a luctu incipit: sed ad gaudia eterna puenit: ꝙ carnalibus nuptijs subijci: q̄ a leticia semp incipiūt: ꝛ ad finē cū luctu tēdunt. Huic autē cū valde ignea cōspsio corporis ineēt: ceperūt medici dicere: qꝛ nisi ad amplexus viriles rediret: calore nimio cōtra naturā barbam eēt habitura. Qđ ita quoqꝫ post factuꝫ est. Sed scā mulier nihil exteri⁹ defoꝛmitatis timuit: que interioꝛis spōsi speciē amauit. Nec veritas est si hoc in illa fedaret: quod a celesti spōso in ea nō amaret. Mox ergo vt eius cōiunx defunctus est: abiecto seculari habitu: ad omnipotētis dei seruitiū sese apđ beati petri apostoli ecclesiā mōasterio tradidit: ibiqꝫ multis ānis simplicitati coꝛdis atqꝫ oꝛatiōi dedita: larga indigētibus elemosynarū opera impēdit. Cūqꝫ omnipotēs deus perennē iam mercedeu reddere eius laboꝛib⁹ decreuisset: cancri vlcere in mamilla ꝑcussa est. Nocturno autē tempoꝛe ante lectū illius duo candelabꝛa lucere consueuerant: qꝛ videlꝫ amica lucis: nō soluꝫ spirituales sed etiaꝫ coꝛpoꝛales tenebꝛas odio habebat. Que dū nocte quadā ex hac eadē infirmitate iaceret fatigata: vidit beatū petrū apostolū iter vtraqꝫ candelabꝛa ante suū lectum cōstitisse. Nec ꝑterrita timuit: sed ex amoꝛe sumens audaciam exultauit: eiqꝫ dixit. Quid est dn̄e meus. Dimissa sunt mihi peccata mea. Cui ille benignissimi vt est vultus: inclinato capite annuit dicēs. Dimissa: veni. Sed qꝛ quādaꝫ sanctimonialē feminā in eodē monasterio pꝛe ceteris diligebat. Jlico galla subiūxit. Rogo vt soꝛoꝛ bn̄dicta mecum veniat. Cui ille rn̄dit. Non: sed illa tal' veniat. Hec vero quā petis die trigesimo te esse secutura. His igit̄ expletis visio apostoli assistētis ꝛ colloquētis ablata est. At illa ꝑtinus cūcte cōgregationis accersiuit matrē: eiqꝫ qđ viderit ꝙue audierit indicauit. Tertio aūt die cuꝫ ea que iussa fuerat soꝛoꝛe defuncta est. Jlla vero quā illa popościerat: die ē trigesimo subsecuta. Quod factum: nunc vsqꝫ in eodē monasterio manet memorabile. Sicqꝫ hoc a precedētib⁹ matribus traditū: narrare illic subtiliter solēt iunioꝛes: que nūc sunt sanctimoniales virgines: acsi illo in tēpoꝛe huic taꝫ grandi miraculo ꝛ ipse affuissent.

De trāsitu seruuli paralitici. Ca. xv.

SEd inter hec sciendū est: qꝛ sepe aīabus exeūtibus electoꝝ dulcedo solet laudis celestis erūpere. Ut dū illa libēter audiūt dissolutionē carnis: ab aīa sentire minime ꝑmittātur. Unde in homelijs quoqꝫ euāgelij iam narrasse memini: ꝙ i ea poꝛticu q̄ eūtibus ad ecclesiā beati clementis est peruia: fuit ꝗdam seruulus noīe: cuius vite te quoqꝫ nō ambigo meminisse. Qui quidem pauper rebus sed meritis diues erat: quem lōga egritudo dissoluerat.

Naz ex quo illū scire potuim⁹: vsq ad
finē vite paliticus iacebat. Quid dicā:
q2 stare nō poterat q nunq̄ in lecto sur
gere: uel ad sedēdū valebat. Nūq̄ ma
nus ad os ducere: nunq̄ se potuit ī lat⁹
aliud declinare. Huic ad seruiēdū ma-
ter cū fratre aderat: ⁊ quicq̄d ex elemo
sina potuisset accipe: hoc eoꝝ manibus
paupib⁹ erogabat. Nequaq̄ lr̄as noue
rat: sed scripture sacre sibimet codices
emerat: ⁊ religiosos quosq̄ ī hospitali-
tate suscipiēs: hos corā se legere studio
se faciebat. Factūq̄ est vt iuxta modū
suū plene sacraz scripturā didicerit: cū
ut diximus lr̄as fundit⁹ ignoraret. Stu
debat semper in doloribus grās agere:
hymnis deo ⁊ laudib⁹ diebus ac nocti-
bus vacare. Sed cū iam tp̄s esset vt tā
ta eius patiētia remunerari debuisset:
mēbroꝝ dolor ad vitalia redyt. Cūq̄
se iā morti primū agnouit: pegrinos vi
ros atq̄ in hospitalitate susceptos am-
monuit vt surgerēt: ⁊ cuz eo psalmos p
expectatiōe sui exitus decātarēt. Cūq̄
cum eis ⁊ ipse moriēs psalleret: voces
psallētium repēte cōpescuit dicēs: Ta
cete. Tacete. Nunqd nō auditis quāte
resonāt laudes in celo. Et dū ad easdez
laudes q̄s int⁹ audierat aure cordis in-
tēderet: sancta illa aīa carne soluta est.
Qua scz exeūte: tāta illic fragrātia odo
ris aspsa est: ut oēs illi q aderāt iestima
bili suauitate replerent: ita vt p hoc pa
tēter agnoscerēt q2 eā laudes ī celo su-
scepissent. Cui rei mōachus nr̄ iterfuit
qui nūc vsq̄ viuit: ⁊ cū magno fletu at-
testari solet dicens q2 quousq̄ corp⁹ e-
ius sepulture traderēt: ab eoꝝ naribus
odoris illius fragrātia nō recessit. Ec-
ce quo fine ex hac vita exyt: qui in hac
vita flagella equanimiter tolerauit.

De trāsitu romule āncille dei. Ca. xvi

In eisdem quoq̄ homelys rē nar
rasse me recolo: cui speciosus cō-
presbyter meus q2 hāc nouerit me nar
rāte attestat⁹ est. Eo nāq̄ tpe quo mo-
nasteriū pety anus quedā redēpta no-
mine ī sanctimoniali habitu cōstituta:
in vrbe hac iuxta btē marie semp vir-
ginis ecclesiā manebat. Hec illi⁹ erūdi
nis discipula fuerat: que magis v̄tuti-
bus pollēs: super p̄nestinos mōtes vitā
heremiticā duxisse ferebat̄. Huic autē
redempte due in eodē habitu discipu-
le aderant: vna noīe romula: ⁊ altera q̄
nūc adhuc supest. Quaz q̄dē facie scio:
sed nomē ignoro. Tres itaq̄ he in vno
habitaculo cōmanētes: moꝝ quidē di-
uitys plenā: sed tn̄ rebus pauperē vitā
ducebāt. Hec autē quam p̄fatus suz ro
mula aliam quā predixi cōdiscipulam
suā magnis vite meritis anibat. Erat
quippe mire patiētie: sūme obediētie:
custos oris sui ad silētiū studiosa valde
ad cōtinue oratiōis vsum. Sed q2 ple-
rūq̄ hi quos iaz pfectos hoīes estimāt:
adhuc in oculis sūmi opificis aliqd im
perfectiōis habēt: sicut sepe impiti ho-
mines necdū perfecte scripta sigilla cō
spicimus: ⁊ iaz quasi pfecta laudamus.
Que tn̄ adhuc artifex ꝯsiderat ⁊ limat:
laudari iam audit ⁊ tn̄ ea tundere me-
liorando nō desinit. Hec quā p̄diximus
romula ea quā greco vocabulo medi-
ci paralisin vocāt: molestia corpali per-
cussa est. Multisq̄ ānis in lectulo decu
bans: pene oī iacebat mēbroꝝ officio
destituta: nec tn̄ hec eadē eius mētem
ad impatiētiam flagella pduxerāt. Nā
ipsa ei detrimenta mēbroꝝ: facta fue
rant incremēta virtutū. Quia tāto sol-
licitius ad vsum oratiōis excreuerat:
quāto ⁊ aliud qōlibet agere nequaquā
valebat. Nocte igit̄ quadā eādem re-
dēptam quā prefatus suz: q̄ vtrasq̄ di-
scipulas suas filiaꝝ loco nutriebat: vo-
cauit dicēs. Mater veni: mater veni.
Que mox cū alia eius cōdiscipula sur-

rexit: sicut vtrisq; referentib⁹ ꝛ multis res eadē claruit: ꝛ ego quoq; in eodez tpe agnoui. Cūq; noctis medio lectulo iacētis assisterent: subito celitus lux emissa oē illi⁹ cellule spaciū impleuit: ꝛ splēdoꝛ tante claritatis emicuit: vt coꝛda assistētium inestimabili pauoꝛe pstringeret: atq; vt post ipsi referebant: oē in eis coꝛpus obrigesceret vt ī subito stupoꝛe remaneret. Cepit nanq; q̄si cuiusdā magne ingrediētis multitudinis sonitus audiri: ostiū cellule cōcuti: ac si ingrediētium turba pmereretur. Atq; vt dicebant intrātiū multitudinē sentiebant: sed nimietate timoꝛis ꝛ luminis exterrite videre nihil poterant. Quia eoꝛū oculos ꝛ pauoꝛ depsserat: ꝛ ipsa tanti luminis claritas reuerberabat. Quam lucē ptinus miri est odoꝛis fragrantia subsecuta: ita vt eaꝝ animū quē lux emissa terruerat odoꝛis suauitas refoueret. Sed cū vim claritatis illius ferre nō possent: cepit eadē romula assistentē ꝛ tremētem redēptā suoꝛū moꝝ magistrā: blanda voce cōsolari dicēs. Noli timere mater: nō moꝛioꝛ modo. Cūq; hoc crebꝛo diceret: paulatim lux que fuerat emissa subtracta est: sed is q subsecutus est odoꝛ remāsit. Sicq; dies secūdus ꝛ tertius transijt: vt aspsa fragrātia odoꝛis remaneret. Nocte igitur quarta: eādem magistrā suam iteꝝ vocauit. Qua veniēte: viaticum petijt: ꝛ accepit. Necdū vero eadē redēpta: nel alia eius discipula a lectulo iacētis abscesserāt: ꝛ ecce subito in platea ante eiusdē cellule ostium duo choꝛi psallētium cōstiterūt: ꝛ sicut se dicebāt sexus ex vocibus discreuisse: psalmodie cantus dicebāt viri: ꝛ femine respōdebāt. Cūq; ante foꝛes cellule exhiberent celestes exequie: sancta illa aīa carne soluta est. Qua ad celū ducta quanto choꝛi psallētium altius ascēdebant: tanto cepit psalmodie sonitus leui⁹ audiri: quousq; ꝛ eiusdem psalmodie sonit⁹ ꝛ odoris suauitas elōgata finiret.

De transitu tarsille sacre virgīs. Ca. xvij. Greg.

Ciendū quoq̄ est: q2 nōnunq̄ aīe adhuc in suis corporibus posite: penale aliqd de sp̄ūalibus vident. Qḋ tamē quibusdā ad edificationē suā: quibusdā vero cōtingere ad edificationē audientiū solet. Nam is de quo in homelijs corā populo iam narrasse memini inquictus valde theodorus nomine puer fuit: qui in meū monasteriū fratrem suū necessitate magis q̄ volūtate secutus est. Cui nimirū grauis erat: si quis p̄ sua aliquid salute loqueretur. Bona autē nō solum facere: sed etiam audire nō poterat. Erat eni sup̄bus et lubricus: et si qua post hoc seculū seq̄retur vita nesciebat. Irridebat vero si gs illi hāc predicare voluisset. Itaq̄ cum habitu seculari viuebat in monasterio verbis leuis nutibus instabilis: mente tumidus: veste cōpositus: actiōe dissipatus. Nunq̄ se ad sancte cōuersatōis habitū venire: iurando irascēdo: defendēdo: deridendo testabat̄. In hac autē pestilētia que nuper hui⁹ vrbis populū magna ex p̄te cōsumpsit: p̄cussus in inguine est p̄ductus ad mortem. Cūq̄ extremum sp̄m ageret: cōuenerunt frēs vt egressum illius orādo p̄tegerēt. Iā corpus eius ab extrema fuerat parte premortuū: in solo tm̄modo pectore vitalis adhuc calor anelabat. Cūcti autē fratres tāto pro eo ceperūt enixi⁹ orare: quāto eū iam videbāt sub celeritate discedere. Cum repēte cepit eisdem fratrib⁹ assistētibus clamare: atq̄ cum magnis vocibus oratōes eor̄ interrūpere dicēs. Recedite: ecce draconi ad devorādum datus sum: qui p̄pter vestrā p̄ntiam devorare me nō pōt. Caput meū in suo ore iam absorbuit: date locū vt nō me amplius cruciet: s3 faciat qḋ facturus est. Si ei ad devorādū datus sū: q̄re p̄pter vos moras patior. Tūc fratres ceperūt ei dicere. Quid ē qḋ loqueris frater: signū tibi scē crucis imp̄me. Rn̄debat ille cū magnis clamoribus dicēs. Volo me signare s3 nō possū: q2 squamis hui⁹ draconis premor. Cūq̄ hoc frēs audirēt: p̄strati in terra cū lachrymis ceperūt p̄ ereptiōe illi⁹ vehemētius orare. Et ecce subito melioratus eger: cū magnis vocib⁹ cepit clamare dicens: Gratias deo. Ecce draco q̄ me ad devorādū acceperat fugit: oratiōib⁹ vestris expulsus: stare nō potuit. Pro peccatis meis mō intercedite: q2 cōuerti parat⁹ sum: et secularem vitā funditus relinq̄re. Homo ergo q̄ sicut iam dcm̄ est ab extrema p̄te corporis fuerat iā mortuus: reseruatus ad vitā toto ad deū corde cōuersus est. Et postq̄ mutatus mēte diu est flagellis attritus: tūc eius aīa carne soluta ē. At cōtra crisaurius sicut p̄bus p̄pinqu⁹ illius: cuius iā superius memoriam feci narrare cōsueuerat: vir in hoc mundo valde idoneus fuit: sed tantū plenus vitijs quātū rebus: sup̄bia tumidus: carnis sue voluptatibus deditus: in acq̄rēdis reb⁹ auaritie fascibus accēsus. S3 cū tot malis dn̄s finē ponere decreuisset: corporali hūc molestia p̄cussit. Qui ad extremū veniēs: eadē hora qua iā de corpore erat exiturus: ap̄tis oculis vidit tetros et nigerrimos sp̄ūs corā se assistere: et vehementer iminere: vt ad īferni claustra eū raperēt. Cepit tremere: pallescere: sudare: et magnis vocib⁹ inducias petere: filiūq̄ suū noīe maximū: quē ip̄e mōach⁹ monachū vidit: nimys et turbatis clamorib⁹ vocar̄ dicēs.

Maxime curre. Nunq̄ꝫ tibi mali aliq̄d feci: in fide tua me suscipe. Turbatus mox maximꝰ affuit: lugēs ꝛ pstrepēs: familia cōuenit. Eos autē quos ille insistētes sibi grauiter tolerabat: ipsi malignos spūs videre nō poterāt: sed eoꝝ presentiā in ꝯfusione in pallore ac tremore illius q̄ trahebat̄ videbāt. Pauore autē tetre eorū imagines huc illucq̄ꝫ uertebat̄ in lectulo: iacebat in sinistro latere; aspectus eorū ferre nō poterat: vertebat̄ ad parietē: ibi aderāt. Cūq̄ꝫ cōstrictus nimis se relaxari iam posse desperaret: cepit magnis vocibꝰ clamare. Inducias vel vsq̄ꝫ mane. Inducias vel vsq̄ꝫ mane. Sed cū hec clamaret: in ipsis vocibus de habitaculo sue carnis euulsus est. De quo nimiruꝫ cōstat qꝛ ꝑ nobis ista nō pro se viderit: vt eiꝰ visio nobis ꝓficiat: quos adhuc diuina patiētia lōganimiter expectat. Nā illi tetros spūs ante morteꝫ vidisse ꝛ inducias petisse q̄d ꝓfuit: qui easdem inducias quas petyt non accepit.

St ēt nunc apud nos athanasius hisaurie p̄sbyter: qui diebus suis yconie rē terribilem narrat euenisse. Ibi nāq̄ꝫ vt ait est quoddā monasteriū quod tōgalathō dr̄: in quo q̄dā monachus magne estimatiōis habebat̄. Bonis q̄ppe cernebat̄ moribꝰ: atq̄ꝫ in omni sua actiōe cōpositus. Sed sicut ex fine res patuit: lōge aliter quē apparebat fuit. Nā cum se ieiunare cū fratribus demōstraret: occulte manducare cōsueuerat. Qḋ eius vitiū fratres oīno nesciebāt. Sed corporis superueniēte molestia: ad vite extrema pductus est. Qui cū iam esset in fine: fratres ad se oēs q̄ monasterio aderāt: cōgregari fecit. At illi tali vt putabāt viro moriēti: magnū quid ac delectabile se ab eo audire crediderūt. Quibꝰ ipse afflictus ꝛ tremēs cōpulsus est prodere cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit: Quādo me vobiscū ieiunare credebatis: occulte comedebā. Et ecce nūc ad deuorādum draconi sum traditus: qui cauda sua mea genua pedesq̄ꝫ colligauit. Caput v̄o suū intra os meū mittēs: spm̄ meū ebibēs abstrahit. Quibus dictis: statim defunctꝰ est: atq̄ꝫ vt penitēdo liberari potuisset: a dracone quē viderat expectatus nō est. Qḋ nimirum cōstat: qꝛ ad solam vtilitatē audiētium viderit: qui eum hostē cui traditus fuerat: ꝛ inotuit ꝛ nō euasit. Petrus.

Oceri velim: si post mortē purgatorius ignis esse credendus sit.

An post mortem purgatorius ignis sit. Capitu. xli. Gregorius.

N euāgelio dn̄s dicit. Ambulate dum lucē habetis. Per ꝓphetam quoq̄ꝫ ait. Tp̄e accepto exaudiui te: ꝛ in die salutis adiuui te. Qḋ paulus apostolus exponēs dicit. Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Salomon quoq̄ꝫ ait. Quodcūq̄ꝫ pōt manꝰ tua facere instāter opare: qꝛ nec opus nec rō: nec sapiētia nec sciētia erit apd̄ inferos: quo tu ꝓperas. Dauid quoq̄ꝫ ait. Qm̄ in seculū misericordia eiꝰ. Ex q̄bus nimirū sentētys cōstat: qꝛ qualis hinc quisq̄ꝫ egredit̄: talis in iudicio p̄sentat̄. Sed tn̄ de quibusdā leuibꝰ culpis esse ante iudiciū purgatoriꝰ ignis credēdus est: pro eo q᷑ v̄itas dicit: qꝛ si q̄s in spūscō blasphemiā dixerit: neq̄ꝫ i hoc seculo neq̄ꝫ i futuro remittetur ei. In qua sn̄ia dat̄ intelligi quasdā culpas in hoc seculo: quasdā v̄o in futuro posse relaxari. Qḋ eni de vno negat̄: cōseq̄ns intellectꝰ patet: qꝛ de q̄busdā cōcedit̄. Sꝫ tn̄ vt p̄dixi hoc de paruis mīmisq̄ꝫ peccatis fieri posse credēdū est. Sicut est assiduꝰ ociosus sermo: īmoderatus risus: vel peccatū cure rei familiaris: q̄ vix sine culpa vel ab his agit̄ q̄ a culpa

qualr declinari debeat sciūt. Aut in nō grauib⁹ rebus error ignorātie: q̄ cūcta ēt post mortē grauāt: si in hac vita positis minime fuerīt relaxata. Nam cū paulus dicat christū esse fundamētū: atq̄ subiūgat: si q̄s supedificauerit sup hoc fundamētū aurū: argētū: lapides preciosos: ligna: fenū: stipulam: vniuscuiusq̄ op⁹ quale sit ignis ꝓbabit. Si cuius opus māserit: qd̄ superedificauit mercedē accipiet. Si cui⁹ opus arserit detrimētum patiet̄. Ipse autē saluus erit: sic tñ quasi p ignē. Quāuis hoc de igne tribulatiōis ī hac vita nobis adhibito possit itelligi: tñ si q̄s de igne futuræ purgatiōis accipiat: pensandū sollicite est: q2 illū dixit per ignē posse saluari: nō qui sup hoc fundamētū: ferrū: es: vel plumbū edificat: idest pctā maiora ⁊ idcirco duriora atq̄ tūc iā insolubilia: sed ligna: fenū: stipulā: idest peccata minima atq̄ leuissima: q̄ ignis facile cōsumat. Hoc tñ sciēdum est: quia illic etiā de minimis nihil quis purgationis obtinebit nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus: vt illic obtineat promereatur.

De anima pascasij diaconi. Capitu. xlij.

Nam cum adhuc essem iuuēculus atq̄ in laico habitu cōstitut⁹ narrari a maioribus atq̄ sciētibus audiui: q̄ pascasius hui⁹ apostolice sedis diaconus cui⁹ apud nos rectissimi ⁊ luculētissimi de spū sancto extant libri: mire sanctitatis vir fuerit. Elemosynaꝝ maxime operibus vacās: cultor pauperū: ⁊ cōtemptor sui. Sed hic in ea contētione que inardescēte ȥelo fideliū inter simachū atq̄ laurētiū facta est: ad pontificatus ordinē laurētium elegit: ⁊ oīum post vnanimitate superatus: in sua tñ snīa vsq̄ ad diē sui exit⁹ ꝑstitit. Illū amādo atq̄ preferēdo: quē epoꝝ iudicio ꝓesse sibi eccl'ia refutauit. Hic itaq̄ cū tpib⁹ simachi aplice sedis ꝑsulis eēt defunctus: ei⁹ dalmaticā feretro suppositā demoniacus tetigit statimq̄ saluat⁹ est. Post multū vero tpis germano capuano epo cuius supi⁹ memoriā feci: medici ꝓ corporis sui salute dictauerāt vt in angulanis termis lauari debuisset. Qui ingressus easdē termas: predictū pascasiū diaconē stantē ⁊ obsequētem in calorib⁹ inuenit. Quo viso vehemēter timuit: ⁊ q̄d illic tāt⁹ vir faceret inq̄sinit. Cui ille rñdit. Pro nulla alia cā in hoc penali loco deputat⁹ sū: nisi q2 in pte laurētij ꝯ simachum sensi. Sed q̄so te ꝓ me dñm depcare: atq̄ in hoc cognosces q̄ exauditus sis: si hic rediens me nō inueneris. Qua de re vir dñi german⁹ se in p̄cibus strinxit ⁊ post paucos dies redijt: sed iam predictum pascasiū in loco eodē minime inuenit. Quia enī nō malicia sed ignorātie errore peccauerat: purgari post mortem potuit a peccato. Qd̄ tñ credēdum est: q2 ex illa suarū elemosynaꝝ largitate hoc obtinuit: vt tūc potuisset ꝓmereri veniā: cū iam nihil posset opari. Petr⁹

Quid est hoc queso te: q̄ in his extremis tpibus tā multa de aīabus clarescūt: que ante latuerūt. Ita vt apertis reuelatōib⁹ atq̄ ostēsionib⁹ vēturū scl'm īferre se nobis atq̄ apire videat̄.

Cur in extremis temporibus tam multa de animabus clarescūt que ante latuerunt. Capi. xliij. Gregorius.

Ita est. Nam quāto presens seculū ꝓpinquat ad finē: tāto futurū seculū ipsa iam ꝓpinq̄tate tangit̄: ⁊ signis manifestiorib⁹ apitur. Quia enī in hoc cogitatiōes nostras vicissim minime videm⁹: in illo aūt nostra in alterutrū corda cōspicimus. Quid hoc seculū nisi noctē. Et quid vēturū nisi diem dixeri. Sed queadmodū cū nox finiri: ⁊ dies incipit oriri: añ solis ortū sil' ali-

quo mō tenebre cum luce cōmixte sunt quousqꝫ descēdētis noctis reliqe ī lucē diei subsequētis perfecte vertātur: Ita hui⁹ mūdi finis iam cū futuri seculi exordio pmiscet: atqꝫ ipse reliquiarum ei⁹ tenebre quadā iam rerum spūaliū pmixtione trāslucēt. Et que illi⁹ mūdi sunt multa iam cernim⁹: sed necdū pfecte cognoscim⁹ qꝛ quasi ī quodā mētis crepusculo: hec velut anñ solē videmus. Petr⁹.

Placet qd dicis. Sed de tāto viro pascasio hoc animū ad qōnem mouet: qꝫ post mortē ad penalē locū duct⁹ est: cui⁹ feretri vestis tāgi potuit: ꝛ maligni spūs ab obsesso hoīe fugari. Greg.

Hac in re magna dꝫ oīpotentis dei dispēsatio: ꝛ qꝫ sit mltiplex agnosci: cui⁹ iudicio actū est: ut idē vir pascasius ꝛ ipse intus ad aliquātū tpis reciperet quod peccasset: ꝛ tñ ante humanos oculos mira p corpus suū post mortem faceret: q ante mortē eis quoqꝫ cognoscētib⁹ pia opa fecisset. Ut neqꝫ hi q bona eius opa viderāt de elemosynarum illius estimatiōe fallerētur: neqꝫ ipsi sine vltiōe laxaret culpa: quā nec eē culpam credidit: ꝛ idcirco hāc fletib⁹ nō extinxit.

Ubi infernus esse credendus est. Capitu. xliiij. Petrus.

Expēdo qd dicis. Uerūtñ hac ratiōe cōstrictus nō solū que intelligo: sꝫ ipsa ēt que in me nō intelligo cogor iam pctā formidare. Sed qso te qꝛ paulo supius sermo de locis penalibus inferni versabat: vbi nam esse infernum putamus. Sup hanc terrā: an sub terra esse credendus est. Gregorius.

Hac de re temere definire nil audeo. Nōnulli nāqꝫ in quadā terrarū parte infernū esse putauerunt. Alij vero hūc sub terra esse estimāt. Sꝫ tñ hoc animū pulsat: qꝛ si idcirco infernū dicim⁹ qꝛ inferius iacet quo terra ad celū est: hoc esse inferius dꝫ ad terrā. Unde ꝛ fortasse p psalmistam dr. Liberasti aīam meā ex inferno īferiori. Ut infernus supior terra. Infern⁹ vero inferior sub terra esse videat. Et iohānis vox in ea estimatiōe cōcordat: q cū signatū librum septē sigillis vidisse se diceret: qꝛ nemo inuētus est dignus neqꝫ in celo: neqꝫ in terra: neqꝫ subtus terrā aperire librū ꝛ soluere signacula eius adiūxit: ꝛ ego flebam multū. Quē tñ postmodum librū: per leonē de tribu iuda dicit aperiri. In quo videlꝫ libro qd aliud qꝫ sacra scriptura signat: quam solus redēptor nr̄ aperuit. Qui homo fact⁹: moriēdo: resurgendo: ascēdendo: cuncta mysteria que in ea fuerāt clausa patefecit. Et nullus in celo: qꝛ neqꝫ angelus: nullus in terra: qꝛ neqꝫ hō viuēs in corpore: ꝛ nullus sub terra dign⁹ inuentus est: qꝛ neqꝫ aīe corpore exute apire nobis preter dn̄m sacri eloquij secreta patuerunt. Cum ergo ad soluēdum librū nullus sub terra inuentus dign⁹ dicitur: qd obstet nō video nisi vt sub terra infernus esse credatur. Petrus.

Ueso te vnus esse gehenne ignis credēdus est: An quāta pctōrum diuersitas fuerit: tāta quoqꝫ existimanda sunt ꝛ ipsa incendia esse preparata.

Utrum vnus gehenne ignis sit an diuersi. Capitu. xlv. Gregorius.

Unus qdē est gehēne ignis sed nō vno modo oēs cruciat peccatores. Uniuscuiusqꝫ enī quātum exigit culpa: tantū illic sentiet pena. Nam sicut in hoc mūdo sub vno sole multi consistūt: nec tñ eiusdē solis ardorē equaliter sentiūt: qꝛ alius plus estuat: atqꝫ alius min⁹: ita illic in vno igne nō vn⁹ est modus incēdij. Quia qd hic diuersitas corporum hoc illic agit diuersitas pctōrum: vt ꝛ ignē non dissimilē hēant: tñ eosdem singulos dissimilr exurat. Petrus.

Nunquidnā queso te dicimus: eos q

semel illic mersi fuerit semper arsuros.

Si semp ardēt que gehēne ignibus deputantur. Capi. xlvi. Gregorius.

Onstat nimirū ꝛ incūctanter verū est: qꝛ sicut finis nō est gaudio bonoꝝ: ita finis nō erit tormēto malorū. Nam cū veritas dicat: ibūt hi i supplicium sempiternū: iusti aūt in vitā eternā: qꝛ veꝝ est qđ ꝓmisit: falsum ꝓculdubio nō erit qđ minat⁹ est deus. Petrus.

Uid si qs dicat idcirco peccātib⁹ eternā penā minatus est: vt eos a pctōꝝ ꝑpetratione cōpesceret. Grego.

I falsū est qđ minat⁹ est vt ab iniustitia corrigeret: ēt falsa est pollicit⁹ vt ad iustitiā ꝓuocaret. Sed quis hoc dicere vel insanus ꝑsumat: ꝛ si minatus est qđ nō erat impleturus: dum asserere eū misericordē volum⁹: fallacē: qđ dici nefas ē: ꝑdicare cōpellimur.

Cire velim qūo iu- Petrus. stū sit: vt culpa que cū fine perpetrata est sine fine puniatur. Gregorius.

Oc recte diceret: si districtus iudex nō corda hoīum: sed fcā pensaret. Iniqui enim ideo cū fine deliquerūt: qꝛ cū fine vixerūt. Naꝫ voluissent vtiqꝫ si potuissent sine fine viuer: ut potuissent sine fine peccare. Ostēdūt eniꝫ qꝛ in peccato semp viuere cupiūt: qui nunqꝫ desinūt peccare dum viuūt. Ad magnā ergo iustitiā iudicantis ptinet: ut nunqꝫ careāt supplicio: q in hac vita nunqꝫ voluerūt carere peccato. Petr⁹

Ed nullus iustus crudelitate pascit: ꝛ delinquēs seruus a iusto domino idcirco cedi precipit: vt a negtia corrigat. Ad hoc ergo vapulat vt emēdari debeat. Iniq autem gehēne ignib⁹ traditi: si ad correctionē nō ꝑueniūt: sine fine semper ardebūt. Gregorius.

Mnipotēs deus qꝛ pius est: miserorū cruciatu non pascit. Quia autē iustus est: ab iniquoruꝫ vltione in perpetuū non sedat. Sed iniqui omnes eterno supplicio deputati: sua qdē iniquitate puniūtur: ꝛ tn̄ ad aliqd ardebūt: scꝫ vt iusti oēs ꝛ in deo videāt gaudia que percipiūt: ꝛ in illis respiciant supplicia q̄ euaserūt: quaten⁹ tāto magis ineternū diuine grē debitores se eē cognoscāt: quāto ineternū mala puniri ꝯspiciūt: q̄ ei⁹ adiutorio vicerūt. Petr⁹

T vbi sunt sancti ꝑ inimicis suis quos tūc ardere viderint nō orabunt: quibus vtiqꝫ dictū est: pro inimicis vestris orate. Gregorius.

Rāt pro inimicis suis eo tpe quo possunt ad fructuosam pniaꝫ eoꝝ corda cōuerti: atqꝫ ipsa cōuersatiōe saluari. Quid eni aliud ꝑ inimicis orāduꝫ est: nisi hoc qđ ait apostolus: vt det illis deus pniaꝫ ad cognoscēdā veritatē: ꝛ resipiscāt a diaboli laqueis: a quo capti tenētur: ad ipsius voluntatem. Et quomō pro illis tūc orabitur: q iaꝫ nullatenus possunt ad iustitie opa ab iniquitate cōmutari. Eadem itaqꝫ causa est cur nō oretur tunc ꝑ hoībus eterno igne dānatis: que nūc etiā causa est vt non orēt sancti homines ꝑ hoībus infidelibus impijsqꝫ defunctis: nisi quia de eis vtiqꝫ quos eterno deputatos supplicio iam nouerūt: ante illum iudicis iusti cōspectum: oratiōis sue meritum cassari refugiūt. Quod si nūc quoqꝫ viuentes iusti mortuis ꝛ dānatis iniustis minime compatiuntur: quādo adhuc aliquid iudicabile de sua carne sese perpeti etiā ipsi nouerunt: quāto districti⁹ tunc iniquorū tormēta despiciūt quando ab omni vitio corruptiōis exuti: ipsi iam iustitie vicinius atqꝫ artius inhebūt. Sic quippe eorū mentes ꝑ hoc qꝫ iustissimo iudici inherēt: vis districtiōis absorbet: vt oīno eis non libeat: quicquid ab illius interne regule subtilitate discordat. Petrus.

On est iam qđ rñderi dēat aperte narratiōi. Sed hec nūc questio mentē mouet: quō aīa īmortalis dicit̄: dū constat q̄ in ꝑpetuo igne moriatur.

Quō anima īmortalis dr̄: si cōstat q̄ mortis dānatiōe puniat̄. Ca. xlvij. Gre.

Uia duob⁹ modis vita ducitur: duobus modis etiā mors dz itelligi. Aliud est nāq; qđ in deuz viuimus. Aliud vero qđ in hoc qđ cōditi vł creati sumus. Id est aliud est beate viuere: atq; aliđ essentialr̄. Anima itaq; ⁊ mortalis esse intelligit̄: ⁊ īmortalis. Mortalis q̄ppe qꝛ beate viuere amittit: imortalis aūt qꝛ essentialr̄ viuere nunq̄ desinit. Et nature sue vitā ꝑdere nō valet: nec cum in ꝑpetua fuerit morte dānata. Illic enī posita: beatā esse perdit: ⁊ esse nō perdit. Ex qua re semper cogitur vt ⁊ mortē sine morte: ⁊ defectū sine defectu: ⁊ finē sine fine patiatur quatenus ei ⁊ mors īmortalis sit ⁊ defect⁹ ideficiēs: ⁊ finis īfinitus. Petr⁹.

Uis hāc tam inexplicabilē dānationis sñiam cuiuslibet sit operis: ad exitū veniēs nō pertimescat: qñ ⁊ si iam nouit quid egit adhuc tamē facta illius q̄ subtiliter iudicentur ignorat.

De quodā sancto viro q̄ ad mortem veniēs expauit. Cap. xlviij. Gregorius.

T asseris ita est. Sed plerūq; de culpis minimis: ipse solus pauor egrediētes animas iustoꝝ purgat. Sicut narrari de quodā sancto viro mecū frequēter audisti. Qui ad mortem veniens vehemēter expauit: ſ3 post mortem discipulis in stola candida apparuit: ⁊ q̄ ꝓclare sit susceptus idicauit.

Or quidam nec mortē timeant reuelatione roborātur. Et de antonio ⁊ merulo monachis. Capitu. xlix.

Onnunq̄ vero omnipotēs deus trepidantiū mētes quibusdā ꝓus reuelatiōibus roborat vt in morte minime pertimescant. Nā q̄dam mecū in monasterio frater antonius noīe viuebat: q̄ multis quotidianisq; lachrymis ad gaudia patrie celestis anhelabat. Cūq; studiosissime ⁊ cū magno feruore desiderij sacra eloquia meditaretur nō in eis verba sciētie: sed fletū cōpunctiōis acquirebat. Quatenus ꝑ hec excitata mens eius inardesceret: ⁊ ima deserēs ad regionē celestis patrie per contēplationē volaret. Huic ꝑ nocturnā visionem dictū est. Paratus esto: ⁊ qꝛ dñs iussit migra. Cūq; ille nō habere se sumptus ad migrādū diceret: responsū ꝓtinus audiuit dicēs. Si de peccatis tuis agit̄ dimissa sunt. Qđ dum semel audisset: ⁊ magno adhuc metu trepidaret: nocte quoq; alia in eisdē verbis est āmonitus. Cum post q̄nq; dies febre correptus: cūctis fratribus flentibus: orantibusq; defunctus est.

Alius etiā frater in eodē monasterio merulus dicebat̄ vehemēter lachrymis atq; elemosynis intentus. Psalmodia v̄o ex ore illius pene nullo tp̄e cessare cōsueuerat: excepto cu3 aut alimentū corpori: aut mēbra dedisset sopori. Huic nocturna visiōe apparuit: qꝛ ex albis florib⁹ corona de celo in caput illius descēdebat. Qui mox molestia corporis occupatus: cū magna securitate aī atq; hilaritate defunct⁹ est. Ad cuius sepulchrū dū petrus q̄ nunc monasterio p̄est: sibi sepultura3 facere post annos q̄ttuordecim voluisset: tāta vt asserit de eodē sepulchro illi⁹ fragrātia suauitatis emanauit: ac si illic flora3 oīum fuissent odoramenta cōgregata. Ex q̄ re manifestū patuit: q̄ verū fuerit quod per nocturnam visionē vidit.

Alius quoq; in eodem monasterio iohānes dictus est magne indolis adolescēs: qui etatē suā intellectu ⁊ humilitate dulcedine ⁊ grauitate transi-

bat. Huic egrotāti atq3 ad extremum deducto: per nocturnā3 visionē qdam senex apparuit: ⁊ hūc virga tetigit: eiq3 dixit. Surge: ex hac enī molestia minime mō morieris. Sed parat⁹ esto: qꝛ lōgum tēpus hic facturus nō eris. Qui dū iam esset a medicis despatus: repēte sanat⁹ est atq3 cōualuit: ⁊ rem quā viderat narrauit: seq3 per biēnium ī dei seruitio sicut ꝓdixi vltra etatis sue annos exhibuit. Ante hoc autē triēnium cu3 quidā frater fuisset mortu⁹: atq3 in eiusdē monasterij cimiterio a nobis sepultus: cūctis nobis ab eodē cimiterio exeūtibus: idē iohānes sicut postmodū palens ⁊ tremēs indicauit: illic nobis discedētibus inuētus: ab eodē fratre q mortuus fuerat de sepulchro vocatus est. Qd̄ mox etiā subsequens finis edocuit. Nā post dies decē inuasus febribus: carne solutus est. Petrus.

Oceri velim si hoc qd̄ per nocturnas visiōes ostēditur: dēat obseruari. An obseruāda sint somnia: ⁊ quot sint modi somniorꝫ. Ca. l. Grego.

Sciendum petre est: qꝛ sex modis tangūt animū imagines sōniorū. Aliqn̄ nāq3 somnia ventris plenitudine vel inanitate. Aliqn̄ vero illusione. Aliquādo cogitatiōe simul ⁊ illusione. Aliqn̄ reuelatione. Aliquādo autē cogitatiōe simul ⁊ reuelatione generantur. Sed duo que prima diximus: oēs experimēto cognoscimus. Subiūcta aūt quattuor in sacre scripture paginis inuenimus. Somnia etenim nisi plerūq3 ab occulto hoste ꝑ illusionē fierent: nequaq3 hoc vir sapiēs indicaret dicens: Multos enī errare fecerunt somnia: ⁊ exciderūt sperantes in illis. Uel certe. Non auguriabimini: nec obseruabitis somnia. Quibus ꝑfecto verbis cui⁹ essent detestatiōis ostēditur: que augurijs coniūgūtur. Rursum nisi aliquando somnia ex cogitatōe simul ⁊ illusione ꝓcederēt: vir sapiēs minime dixisset. Multas curas sequūtur somnia. Et nisi aliqn̄ somnia ex mysterio reuelatiōis orirētur: ioseph ꝓferendū se fratribus somniū nō videret. Nec marie spōsum vt ablato puero in egyptū fugeret: ꝑ somniū angelus ammoneret. Rursum nisi aliqn̄ somnia cogitatione simul ac reuelatiōe ꝓcederēt: nequaq3 daniel ꝓpheta nabuchodonosor visionem disserēs: a radice cogitationis inchoasset dicēs. Tu rex in strato tuo cepisti cogitare qd esset futurū post hec: ⁊ qui reuelat mysteria ostēdit tibi que vētura sunt. Et paulopost. Uidebas ⁊ ecce quasi statua magna vna grandis: statua illa magna ⁊ statua sublimis stabat cōtra te ⁊ cetera. Daniel itaq3 du3 somniū: ⁊ implendū reuerēter insinuat: ⁊ ex qua sit ortū cogitatiōe manifestat: patēter ostēdit: qꝛ hoc plerūq3 ex cogitatōe simul ⁊ reuelatiōe generat. Sed nimirū cū somnia tot rerū qbuscūq3 qualitatibus alternētur: tanto eis difficili⁹ credi dꝫ: quāto ex quo impulsu veniāt facilius nō elucet. Sci autem viri inter illusiōes atq3 reuelatōes: ipsas visionū voces aut imagines quoda3 intimo sapore discernūt: vt sciāt vel qd a bono spū percipiāt: vel qd ab illusiōe patiātur. Nam si erga hec mens cauta nō fuerit: ꝑ deceptorem spm̄ multis se vanitatibus īmergit. Qui nōnunq3 solet multa ꝟa ꝓdicere: ut ad extremū valeat aīa3 ex vna aliq̄ falsitate laqueaꝛ.

De eo cui per somnium longa spacia vite promissa sunt in breui tempore morituro. Capitu. li.

Sicut cuidam nostrū nuper certu3 est cōtigisse: qui dum somnia vehemēter attenderet: ei per somniū longa spacia huius vite ꝑmisse sunt. Cūq3 multas pecunias pro lōgioris vite sti-

pendijs collegisset: ita repēte defunct⁹ est: vt intactas oēs relīqret: ⁊ ipe secū nihil ex bono opere portaret. Petrus.

Uis ille sit memini: sꝫ queso te ea que cepimus exequamur. Putamus ne aīabus aliqd ꝓdesse: si mortuorū corpora in ecclesijs fuerint sepulta.

An prosit aīab⁹ mortuoꝝ corpa in ecclesijs fuisse sepulta. Ca. lij. Gregorius.

Um grauia peccata nō deꝓmūt: hoc ꝓdest mortuis si in ecclesijs sepeliātur: qꝛ eorū ꝓximi quotiēs ad eadem sacra loca cōueniūt: suoꝝ quorum sepulchra aspiciūt recordantur: ⁊ ꝓ eis dn̄o preces fundunt. Nā quos peccata grauia deprimūt: nō ad absolutiōeꝫ potius q̄ꝫ ad maiorē dānationis cumuluꝫ: eoꝝ corpora in ecclesijs ponunt̄. Quod melius ostēdimus: si ea que diebus nostris gesta sunt breuiter narremus.

De quadā sanctimoniali femina ī ecclesia sancti laurētij martyris sepulta: cui⁹ media ps apparuit incēdi. Ca. liij.

Ir nāqꝫ vite venerabilis felix portuēsis ep̄s: in sabinēsi ꝓuīcia ortus atqꝫ nutritus est: qui quādaꝫ sanctimonialē feminam in loco eodē fuisse testatur: que carnis qdē continētiā habuit: sed lingue ꝓcacitatē atqꝫ stultiloquium nō declinauit. Hec igit̄ defuncta atqꝫ ī ecclesia sepulta est. Nocte autē eadem ecclesie custos ꝑ reuelationeꝫ vidit: qꝛ deducta ante sacrū altare ꝑ mediuꝫ secabat̄: ⁊ pars vna illius igne cremabatur: pars autē altera intacta remanebat. Cūqꝫ hoc surgēs mane fratrib⁹ narraret: ⁊ locū vellet ostēdere in quo fuerat igne cōsumpta: ipsa flāme cōbustio ita ante altare in marmorib⁹ apparuit: ac si illic eadeꝫ femina corpeo fuisset igne cōcremata. Ex qua re apte datur intelligi: qꝛ hi qbus dimissa peccata nō fuerint ad deuitandū iudicium sacris locis post mortē non valent adiuuari.

De valeriani patricij sepultura. Capi. liiij.

Ohānes quoqꝫ vir magnificus q in hac vrbe locū prefectoꝝ seruās: cuius vitatis atqꝫ grauitatis sit nouimus: mihi testat⁹ est valerianū patriciū: in ciuitate que brixia dicit̄ fuisse defunctū: cui eiusdē ciuitatis episcopus: accepto precio locū in ecclesia prebuit: in quo sepeliri debuisset. Qui uidelꝫ valerianus vsqꝫ ad etatē decrepitaꝫ leuis ac lubricus extitit: modūqꝫ suis prauitatib⁹ ponere cōtempsit. Eadē vero nocte qua sepultus est: beatus faustinus martyr in cuius ecclesia corpus illi⁹ fuerat humatū: custodi suo apparuit dicēs. Uade ⁊ dic ep̄o: proiciat hic fetētes carnes quas hic posuit. Qꝺ si nō fecerit: die tricesimo ipse morieẗ. Quā visionē custos ep̄o timuit cōfiteri. Reuersusqꝫ āmonit⁹ declinauit. Die aūt tricesimo eiusdē ciuitatis ep̄s: cum vespertina hora san⁹ atqꝫ incolumis ad lectū redisset: subita ⁊ inopinata morte defunctus est.

De corpore valentini defensoris ab ecclesia post mortem proiecto. Capitu. lv.

Dest quoqꝫ in presenti senex venerabilis frater venantius lunensis episcopus: ⁊ magnificus liberi⁹ nobilissimus atqꝫ veracissimus: q sese scire suosqꝫ hoīes interfuisse testat̄ rei quam narrāt nuper in genuēsi vrbe cōtigisse. Ibi nāqꝫ vt dicunt valētinus mediolanēsis ecclesie defensor defunct⁹ est: vir valde lubricus: ⁊ cūctis leuitatib⁹ occupatus: cuius corpus in ecclesia bt̄i syri cōfessoris sepultum est. Nocte autē media in eadē ecclesia facte sunt voces ac si q̄s de ecclesia exire voluisset: ⁊ violēter ex ea repelleretur atqꝫ traheret̄ foras. Ad quas nimirum voces cucurrerunt custodes ⁊ viderūt duos quosdaꝫ teterrimos spiritus: qui eiusdē valentini pedes quadam ligatura strinxerāt

ꝛ eum ab ecclesia clamãtem ac nimiū vociferãtem foras trahebant. Qui videlicet exterriti: ad sua strata reuersi sunt. Mane autē facto: aperientes sepulchrum in quo valētinus posit⁹ fuerat: eius corpus non inuenerūt. Cūq́ȝ extra ecclesiam quererēt vbi proiectū esset: inuenerūt eum in sepulchro alio positum: ligatis adhuc pedib⁹ sicut ab ecclesia fuerat abstractū. Ex qua re petre collige: qꝛ hi quos peccata grauia deprimūt: si in sacro loco sepeliri se faciūt: restat vt ēt de sua presumptiōe iudicentur. Quatenus eos sacra loca non liberēt: sȝ ēt culpa temeritatis accuset.

De tinctoris corpore in ecclesia sepulto: ꝛ postmodū inuēto. Capi. lvi.

Iam quid quoq́ȝ in hac vrbe cōtigerit cunctoꝝ qui hic habitāt plurimi testātur: ꝙ quidam artis tinctorū primus cū defunctus fuisset: in ecclesia beati ianuarij martyris iuxta portam sancti laurētij a coniuge sua sepult⁹ est. Sequēti autem nocte: ex sepultura eadem audiente custode: eius spūs cepit clamare. Ardeo: ardeo. Cum vero has diu voces emitteret: custos hoc ei⁹ nunciauit vxori. Uxor vero illius eos q diligēter inspicerēt artis eiusdem viros trāsmisit ad ecclesiam: uolēs cognoscere qualr̄ eius esset corpus in sepulchro de quo talia clamaret. Qui aperientes sepulchrū: uestimēta quidē intacta reppererūt: que nūc vsq́ȝ in eadē ecclesia ꝓ eiusdē cause testimonio seruant̄. Corpus vero illius oīno non inuenerūt: ac si in sepulchro eodē positū non fuisset. Ex qua re colligēdum est: qua vltione aīa ei⁹ dānata sit. Cuius ꝛ caro est ab ecclesia ꝓiecta. Quid igit̄ sacra loca sepultis ꝓsunt: quādo hi qui indigni sunt ab eisdem sacris locis diuinitus ꝓiciūtur.

Petrus.

Quidnam ergo esse poterit: quod mortuorum valeat animabus prodesse. Quid sit quod post mortem valeat ad absolutōeȝ animas adiuuare: ꝛ de centūcellensi ꝑsbytero qui a cuiusdam spū petitus est vt per sacrā hostiam post mortem potuisset adiuuari ꝛ de anima iusti monachi. Capitu. lvij. Gregorius.

Si culpe post mortem insolubiles non sunt: multū solet animas etiā post mortē sacra oblatio hostie salutaris adiuuare: ita vt hoc nōnunquā ipse defunctoꝝ anime videant̄ expetere.

Iam predictus felix eṗs a quodaȝ venerabilis vite presbytero qui vsq́ȝ ante bieniū vixit: ꝛ in diocesi centūcellensis vrbis habitauit atq́ȝ ecclesie beati iohānis que in loco q tauriana dicit̄ sita est ꝑerat: cognouisse se asserit ꝙ idē presbyter in eodē loco in quo aq̄ calide vapores nimios faciūt: quotiēs necessitas corporis exigebat: lauari cōsueuerat. Ubi dū die quadam fuisset igressus: inuenit quēdam incognitū virum ad suū illuc obsequiū ꝑparatū: qui sibi de pedibus calciamēta abstraheret: vestimēta susciperet: ꝛ exeūti a calorib⁹ sabana preberet: atq́ȝ omne ministerium cū magno famulatu perageret. Cūq́ȝ hoc sepius fieret: idem presbyter die quadā ad balnea iturus: intra semetipsum cogitās dixit: Uiro illi qui mihi solet tam deuotissime ad laudādum obsequi: ingratus apparere nō debeo: sed aliqd me necesse est ei ꝓ munere charitatis portare: Tūc duas secum oblationum coronas detulit Qui mox vt peruenit ad locū: hominē inuenit: atqȝ ex more eius obsequio ī omnibus vsus est. Lauit itaq́ȝ ꝛ cum iam vestitus voluisset egredi hoc qđ secum detulerat: obsequēti sibi viro pro benedictiōe obtulit: petēs vt benigne susciperet: quod ei charitatis gratia offerret. Cui ille merēs: afflictusq́ȝ respōdit

Mihi ista quare das pater: iste panis sanct⁹ est. Ego hūc manducare nō possum. Ego enim quē vides: aliquādo loci huius dn̄s fui: sed ꝑ culpis meis: hic post mortē deputatus sum. Si autem mihi prestare aliqd vis: omnipotenti deo pro me offer hunc panē: vt ꝑ peccatis meis interuenias. Et tunc exauditū te esse cognosce: cū hic ad lauādum veneris: ⁊ me minime inueneris. In quibus verbis disparuit: ⁊ is q esse homo videbatur euanescēdo inotuit qꝫ spiritus fuit. Idē vero p̄sbyter ebdomada cōtinua se ꝑ eo in lachrymis afflixit: salutarē hostiam quotidie obtulit: ⁊ reuersus postea ad balneū: eū iā minime inuenit. Qua ex re quātum ꝓsit aīab⁹ immolatio sacre oblationis ostēdit: quando hanc ⁊ ipsi mortuorum spirit⁹ a viuentibus petunt: ⁊ signa indicant: quibus per ea absoluti videantur.

Sed neqꝫ hoc silendū existimo: qđ actū in meo monasterio ante hoc trienniū reminiscor. Quidā nāqꝫ monachus iustus noīe medicinali arte fuerat imbutus: q mihi in eodem monasterio constituto sedule obseq atqꝫ in assiduis egritudinibus meis excubare ꝯsueuerat. Hic itaqꝫ lāguore corporis ꝑuētus: ad extremum deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater germanus noīe copiosus seruiebat: qui ipse quoqꝫ nūc in hac vrbe per eandē medicine artē temporal' vite stipēdia sectat̄. Sed predictus iustus cū iam se ad extremū puenisse cognosceret: e dem copioso fr̄i suo: qꝫ ocultos tres aureos haberet inotuit Qđ nimirū fratribus nō potuit celari. Qui subtil'r indagantes: atqꝫ illius oīa medicamēta perscrutantes: eosdē tres aureos inuenerūt in medicamine abscōsos. Qđ mox vt mihi nūciatū est tantū malū de fratre qui nobiscū cōiter vixerat: equanimiter ferre non valui. Quippe quia eiusdē nostri monasterij semꝑ regula fuerat: vt cūcti fratres ita cōiter viuerent: quaten⁹ eis singulis nullam habere proprietatē liceret. Tunc nimio merore percussus: cogitare cepi vel qd ad purgationē morientis facerē: vel qd in exemplū viuētibus fratribus preuiderē. Precioso igit̄ eiusdem monasterij preposito ad me accito dixi. Uade ⁊ nullus ex fratrib⁹ se morientem iūgat: nec sermonē cōsolatiōis ex cuiuslibet ore eorum percipiat: sed cū in morte constitutus fratres quesierit: ei suus frater carnalis dicat: qꝫ pro solidis quos occulte habuit a cūctis fratribus abominatus sit: vt saltē in morte de culpa sua mētem illius amaritudo trāsuerberet: atqꝫ a peccato quod ꝑpetrauit purget. Cū vero mortuus fuerit: corpus illius cum fratrū corporib⁹ nō ponatur: sed quolibet fossam in sterquilinio facite: ⁊ in eā corpus iactate: ibiqꝫ super eū tres aureos quos reliqt proijcite: simul oēs clamātes: pecunia tua tecū sit in perditiōe: ⁊ sic eum terra operite. In quibus vtrisqꝫ rebus vnam morienti: alterā volui viuētibus fratribus ꝓdesse. Ut ⁊ illū amaritudo mortis a culpa solubilē faceret: ⁊ istos auaritie tanta dānatio misceri in culpa ꝓhiberet. Quod ita factū est. Nam cum idē monachus peruenisset ad mortem: atqꝫ anxie quereret se fratribus commēdare nullusqꝫ e fratrib⁹ ei applicare ⁊ loqui dignaret̄: ei carnalis frater cur ab oībus esset abominatus indicauit. Qui ꝓtinus de reatu suo īgemuit vehemēter: atqꝫ ī ipa tristitia e corꝑe exiuit. Qui ita est sepultus vt dixerā: sed frēs oēs eadē eius snīa perturbati: ceperūt singuli extrema qqꝫ ⁊ vilia: ⁊ q̄ eis hr̄e regulariter semꝑ licuerat: ad medium ꝑferre: vehemēterqꝫ formidare: ne qd apud se eēt: vnde reꝑhēdi potuissent.

Cu3 vero post mortē eius trigita iam essent dies euoluti: cepit aius meus defuncto fratri cōpati: eiusq3 cu3 dolore graui supplicia pēsare: et si qd eēt ereptiōis eius remediū qrere. Tūc euocato ad me eodē precioso monasterij nostri pposito tristis dixi. Diu ē q frater ille q defunctus est in igne cruciatur: debemus ei aliqd charitatis impēdere: et eū inquātum possumus ut eripiat adiuuare. Uade itaq3: et ab hodierna die diebus triginta cōtinuis offerre pro eo sacrificiu3 stude: ut nullus ptermittat dies: quo p absolutiōe illius salutaris hostia non imoletur. Qui ptinus abscessit et paruit. Nobis aūt alia curātibus atq3 euolutos dies nō numerātibus: Idem frater q defunctus fuerat nocte quadā fratri suo germano copioso p visione3 apparuit. Quē ille cū vidisset: inquisiuit dicēs. Quid est frater quomodo es. Cui rñdit. Nunc vsq3 male fui: sed iam modo bñ sum: q2 hodie cōmunionē recepi. Quod idē copiosus pergēs protinus indicauit in monasterio fratribus. Fratres vo sollicite cōputauerūt dies: et ipsa dies extitit: quo p eo trigesima oblatio fuerat impleta. Cūq3 et copiosus nesciret qd pro eo fratres agerēt: et fratres ignorassent qd de illo copiosus vidisset: vno eodēq3 tpe du3 cognoscit ille isti quid egerāt: atq3 isti cognoscūt ille qd viderat: cōcordāte simul visiōe et sacrificio: res apte claruit: q2 frater q defunctus fuerat: p salutarem hostiam supplicium euasisset. Petrus.

Ira sunt valde q̄ audio: et nō mediocriter leta. De vita et transitu cassiani epi. Capi. lviij. Gregorius.

E nobis in dubiū veniāt vba mortuorū: cōfirmāt hec facta viuētiū. Nā vir vite venerabil' cassius narniēsis eps: qui quotidianū deo sacrificium offerre cōsueuerat: seq3 i lachrymis inter ipa sacrificiorū archana mactabat: mandatū dñi per cuiusdā sui visionem presbyteri suscepit dicēs. Age qd agis: operare qd operaris: nō cesset pes tu': nō cesset manus tua: natali apostolorū venies ad me et retribuā tibi mercedē tuam. Qui post annos septē in ipso natalitio apostolorū die: cum missaru3 solēnia peregisset: et mysteria sacre cōmunionis accepisset: e corpore exiuit.

De quodam ab hostibus capto cui' vincula oblatiōis hora soluebantur: et de varica nautico per salutarē hostia3 a naufragio liberato. Capitu. lix.

Oc quoq3 audiuim' quēdā apud hostes in captiuitate positu3 et in vinculis religatū fuisse: pro quo sua cōiunx dieb' certis sacrificiū offerre consueuerat: qui lōgo post tpe ad cōiuge3 reuersus: qb' diebus eius vincula soluerent innotuit: eiusq3 coniūx illos dies fuisse in qb' eius vincula soluebantur: qbus pro eo offerebat sacrificiū recognouit. Et ex alia nobis re: que añ ānos septem gesta est certissime confirmat.

Sathon eteni panormitan' episcopus: sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt ac testātur: cu3 beate memorie predecessoris mei tpe: iussus esset vt roma3 veniret: vim nimie tēpestatis pertulit: ita vt se ex tanto vndarū periculo euadere posse diffideret. Nauta vero illius varica nomine qui nūc eiusdē ecclesie clericatus officio fungit: post nauē carabum regebat: qui rupto fune cū eodem carabo quē regebat inter vndarū cumulos repēte disparu t. Nauis autē cui episcopus pherat: tandē post multa pericula: ad hosticā insulam fluctibus quassata peruenit. Cūq3 die tertio eps nautam qui ab eo arreptus fuerat in carabo in nulla maris parte videret apparere: vehemēter afflictus mortuū credidit:

sed per obsequiū charitatis vnū quod mortuꝰ debebat impendit: vt oīpotenti deo pro absolutiōe eius animꝰ offerri sacrificiū victime salutaris iuberet. Quo oblato: restaurata naui prexit ad italiā. Cūq; ad romanū portū peruenisset: illic nautā repperit: quē mortuū putauit. Tūc inopinata exultatōe gauisus est: eūq; qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo viuere potuisset: ingsiuit. Qui videlꝫ indicauit: quotiens in illius tēpestatis fluctibus cuꝫ eodem quē regebat fuisset carabo versatus: qualr̄q; cum illo vndis pleno natauerat: ⁊ quotiēs eo a superiori parte deorsuꝫ verso ipse carine eius supsederat: adiungēs cū diebꝰ ac noctibus hoc incessanter faceret: iāq; eiꝰ virtus funditus ex fame simul ⁊ labore cecidisset: quo eū ordīe misericordia diuina seruauerit: etenī indicauit: quod etiā nunc vsq; testatur dicēs. Laborās in fluctibꝰ atq; deficiens subito mentis pondere sum grauatus: ita vt neq; depssus somno essem: neq; vigilare me crederem. Cū ecce in eodē medio maris me posito: quidā apparuit: q mihi panē ad refectionem detulit: quē mox vt comedi vires recepi: nec lōge post nauis transiens affuit: que me ab illo vndarū periculo suscepit: atq; ad terraꝫ deduxit. Quod scꝫ episcopus audiēs requisiuit diem: atq; illū fuisse diē repperit: quo pro eo presbyter in hostica insula omnipotenti deo hostiam sacre oblationis immolauit. Petrus.

A que narras: ipse quoq; in sicilia positus agnoui.

De virtute ac mysterio victime salutaris. Capitu. lx. Gregorius.

Dcirco credo q: hoc tam apte cū viuētibus ac nesciētibꝰ agitur: vt cūctis hec agētibus atq; nescientibus ostēdatur: q: si insolubiles culpe nō fuerint: ad absolutionē prodesse etiā mortuis victime sacre oblatiōis pn̄t. Sed sciēdum est q: illis sacre victime mortuis ꝓsunt: qui hic viuēdo obtinuerūt: vt eos etiā post mortem bona adiuuēt: que hic ꝑ ipsis ab alijs fiunt. Inter hec autem pēsanduꝫ est: ꝙ tutior via sit vt bonum qđ quisq; post mortē suam sperat agi ꝑ alios: agat dum viuit ipse per se. Beatius quippe est liberū exire: ꝙ post vincula libertatē querere. Debemus itaq; p̄sens seculū: vel q: iaꝫ cōspicimus defluxisse: tota mente contēnere: quotidiana deo lachrymarū sacrificia: quotidianas carnis eius ⁊ sanguis hostias imolare. Hec nāq; singulariter victima ab eterno interitu saluat animā: que illam nobis mortem vnigeniti per mysteriū reparat. Qui scꝫ surgēs a mortuis iam nō moritur: ⁊ mors ei vltra nō dominabitur: tamē in seipso imortaliter atq; incorruptibiliter viuēs: pro nobis iterū in hoc mysterio sacre oblatiōis imolatur. Eius quoq; ibi corpus sumit: eius caro in populi salute partit: eius sanguis nō iaꝫ in manus infidelium: sed in ore fideliū funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacrificium: qđ pro absolutione nostra passionē vnigeniti filij semp imitatur. Quis enī fideliuꝫ habere dubiū possit: in ipsa imolatiōis hora ad sacerdotis vocē celos aperiri: in illo iesu xp̄i mysterio angeloꝝ choros adesse: summis ima sociari: terrena celestibꝰ iungi: vnūq; ex visibilibus atq; inuisibilibus fieri.

De affligendo corde inter sacra mysteria: ⁊ de mētis custodia post compunctionem. Capitu. lxi.

Ed necesse est cū hec agimꝰ: nosmetipsos deo in cordis cōtritione mactemus. Quia qui passiōis dominice mysteria celebramus debemus imitari quod agimus. Tūc ergo vere

pro nobis deo hostia erit: cū nosipsos hostiam fecerit. Sed studendū nobis est ut etiam post orationis tempora: quātumcūq; deo largiente possumus: in ipso animum suo pondere ⁊ vigore seruemus: ne post cogitatio fluxa dissoluat: ne vana mētē leticia subrepat: ⁊ lucrum compunctiōis anima per incuriam fluxe cogitatiōis perdat. Sic quippe quod poposcerat anna obtinere meruit: quia se post lachrymas i eodem mentis vigore seruauit. De qua nimirum scriptū est. Uultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. Quia igitur non est oblita que petijt: nō priuata est munere quod poposcit.

De relaxandis culpis alienis: ut nostre relaxentur. Capitu. lxij.

SEd inter hec sciendum est: q2 ille recte sui delicti veniā postulat: qui prius hoc quod in ipso delinquitur relaxat. Munus enim non accipitur: nisi ante discordia ab animo pellatur: dicēte veritate. Si offers munus tuū ad altare: ⁊ recordatus fueris quia frater tu⁹ habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare: ⁊ vade prius recōciliari fratri tuo: ⁊ tūc veniens offeres munus tuū. Qua in re pēsandū est: cū omnis culpa munere soluatur: q̄ grauis est culpa discordie: pro qua nec munus accipiatur. Debem⁹ itaq; ad proximum quātuis longe positū: longeq; disiunctū mente ire: eiq; animum subdere: humilitate illū ac beniuolentia placare: ut scilicet cōditor noster dum tale placitū nostre mentis aspexerit: a peccato nos soluat: qui munus pro culpa sumit. Ueritatis autem voce attestāte didicimus: quia seruus quidem qui decē milia talenta debebat: cum penitētiam ageret: absolutionem debiti a domino accepit. Sed q2 cōseruo suo centum sibi denarios debenti debitum nō dimisit: ⁊ hoc ē iussus exigi: quod ei fuerat iam dimissū. Ex quibus videlicet dictis cōstat. q2 si hoc quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus: ⁊ illud rursum exigitur quod nobis iam per penitētiā dimissum fuisse gaudebamus. Igitur dum per indulti temporis spaciū licet dū iudex sustinet: dum cōuersionem nostram is qui culpas examinat: expectat Conflemus in lachrymis duritiā mentis: formemus in proximis gratiam benignitatis. Et fidenter dico: quia salutari hostia post mortem non indigebimus: si ante mortem deo hostia ipsi fuerimus.

Explicit liber Quartus.

FINIS.

Impressum Venetijs per Joannem Rubeum Vercellensem. Anno domini 1514. kal. Decemb.

Registrum huius operis.

a b c d e f g Omnes sunt quaterni preter A qui sunt duernus.

